

59 Ultima sublimitatio est, quod dato quod testes Collegij testificari possint in sui fauorem: non tamen sunt omni exceptione maiores, nec eis integra fides debet adhiberi, iuxta distinctionem Abbatis in cap. *insuper*, de testib. num. 2. versic. *Circa secundum membrum*, Gregor. in l. 18. tit. 16. part. 3. gloss. 6. versic. *Et adde etiam*, Couarr. in pract. cap. 18. nu. 4. circa finem, additio ad Ludouic. decis. 340. num. 14. versic. *Non tamen potest negari*, Farinac. quest. 60. n. 456. & seqq.

60 Ex quo provenit, quod vnicus testis semiplenam non inducit probationem, nec duo plenam: nam vt inducatur, est necessariū nullum esse defectum in teste, vt probatur in l. 32. tit. 16. part. 3. in indiuiduo in testibus vniuersitatis tradit Farinac. d. q. 60. n. 336. & 538. vbi dicit hanc esse veriore, & communior opinionem.

61 Et ex hoc Corneus conf. 261. nu. 6. lib. 1. quem refert, & sequitur Manica de coniectur. vltimar. volunt. lib. 6. tit. 3. nu. 6. tradit, quod ad probandum legatum Ecclesie factum, duo Religiosi idonei testes non sunt.

62 Cui fauet Imolæ distinctio in cap. *cum nuntius*, de testib. num. 2. versic. *Dixit tamen Archidiaconus*. vbi huius puncti conciliando opiniones, asserit, quod si talis qualitatis factum sit, quod possint plus quam duo testes reperiri, duo ex vniuersitate plenam probationem non faciunt, sed si factum est difficilis probationis, sufficient duo ex ea ad eius probationem, in subsidium, Imolam refert, & sequitur Borrellus tom. 2. in summa decis. tit. 10. de testibus vniuersitatis, num. 6. Treuilan decis. 35. num. 8. & per tot. part. 1. vbi non creditur quinque Religiosis vnius Monasterij: nam factum talis qualitatis erat, quod alijs poterat testibus probari: ergo iuxta propolita, hæc donatio fieri potuit coram tabellione, & secularibus testibus, & aliter probari, & ita Religiosi testes fidem non faciunt.

63 Quin obstat replicare, quod cum donatio occultè facta fuisset in domo dicti Episcopi, alij testes, quam vocati, reperiri non potuerunt: nam ius casum difficilis probationis non iudicat illum, in quo non reperiuntur plus quam examinati testes: sed illum, qui ex sua natura talis qualitatis est, quod à communiter accidentibus alij testes habitu, nec actu possint reperiri, vt in domesticis delictis, quæ fortuito accidunt, & qui patitur iniuriam alios testes habere non potest: sed quando sit testamentum, donatio, vel contractus, quibus casibus contrahens alios testes adhibere potest idoneos, tunc casus difficilis probationis non dicitur: & imputet sibi contrahens, vel testator, qui testes idoneos non adhibuit, vt declarat Salicet. in l. 1. c. de testam. num. 5. ad sim. ibi: *Et si dicas, non habet alium modum: responde, sibi imputet, quod cautius non prouidet à principio tabellionem ad-*

hibendo, Cornaçan. decis. 114. n. 4. & 5. Trentacinaq. lib. 2. variat. tit. de testibus, resolut. 1. num. 10. versic. *Secunda conclusio*, & versic. *Tertia est conclusio*.

64 Denique contra hos testes animaduertitur, quod quando in schedulæ comprobationem depoluerunt, iam Ecclesia eam de falso redarguerat, & ita pro defensione suæ existimationis deponunt, quæ consistit in sustinendo eo, quod pro Monasterio facere voluerunt, & debuerunt, & sic nullam fidem faciunt, Farinac. quest. 60. num. 16. & si obtinet Monasterium, in Religione honorabuntur propter acquisitionem tam magni, & honorifici patrimonij, & patronatus, Farinac. vbi sup. nu. 21. vbi etiam de teste, qui agit de vitando de decore.

65 Monasterium recognoscens, quod iuxta has exceptiones euanescit probatio Religioforum, duas facit ponderationes, quibus iudicid illorum depositiones coadiuare.

66 Prima est, quod depositio dictorum testium coadiuuatur ex pactis, & capitulationibus initis ad contractum faciendum cum Episcopo, & ad accipiendum eum pro patrono, cui satisfit: nam prædicta pacta fidem non faciunt, nec aliquo modo probant ex eo, quod celebrata non fuerunt coram tabellione, aut notario, nec cum testibus, & extracta fuerunt ex libro Monasterij, qui cum particularis sit, nec fidem facit, nec probationem in præiudicium Ecclesie, Abbas in cap. *usam*, notab. 1. de probat. & rursus super gloss. 1. & num. 1. Afflict. decis. 364. num. 7. Riminald. consil. 432. num. 11. lib. 4. Craucta de antiquitat. versicul. *Quid de libro officialis*, num. 2. Genua de scriptura priuata, lib. 5. tit. de libris Monasterij, cap. 1. num. 2. & num. 9. pagin. 265. vbi residet in hac opinione, & num. 6. refert DD. quibus Monasterium iuuatur, & num. 12. dicit, quod quando Monasterij libri vellent admitti, debet esse, vt in subditorum Monasterij præiudicium probent, & non in damnum illorum, qui illius subditi non sunt.

67 Et epistolâ in pactis inserta, quam intedit Monasterium Episcopum super hæc donatione scripsisse, nullam fidem facit, nec aliquid probat iuxta supra dicta: siquidem ipsa pacta non probant. Præterea, nam Monasterium non produxit originale epistolam, quam si certa fuisset, præsentaret ad suæ prætensionis comprobationem.

68 Secundò, quando supradicta pacta fuissent authentica, solum ex eis induci poterat Monasterium credidisse Episcopum velle hæc foundationem facere, & ita præuenisse tractatum solemnitatem. Quod administratum esse non potest, nec probatio, quamvis in dictis pactis Episcopus intervenisset: multa enim tractantur, quæ non perficiuntur, l. si voluntate, vbi Bald. & Salicet. c. de rescindend. Ludouic.

uis *decif. 168. num. 2.* vbi quòd non attenduntur dicta ante contractum, etiam in ipsius tractatu, sed quæ in conclusione fuerunt expressa, & ibi additio *num. 5. Castill. tom. 5. cap. 74.* Rora apud Viuian. *decif. 22. num. 4. post tractat. de iure patronatus, Magonius decif. Lucens. 46. num. 30. versic. Parum quoque,* vbi sic in individuo respondet tractatui, qui pro adminiculo cuiusdam probationis ponderabatur.

69 Secunda est ponderatio, quòd dictorum testium defectus purgatur ex aliorum testium pluralitate, ex *gloss. in l. 3. §. eiusdem, verbo, Numerus, ff. de testibus.*

70 Et si ad depositiones dictorum testium attenditur, dicta Religiosorum non coadiuant.

71 Et primò, depositio D. Ioannis del Valle ponderatur, qui non asserit Episcopum fecisse donationem, sed eam legere audiuisse presentibus Religiosis, quæ legi potuit absente Episcopo, & sic dubia est eius depositio, & nihil probat, secundum *gloss. in cap. in presentia, de probat. Suid. consil. 151. num. 48. & consil. 168. num. 42. Natta consil. 170. num. 9. vbi etià quòd probatio dubia respectu temporis non releuat Farinac. decij. 231. num. 1. ad finem, tomo 2. criminal.*

72 Et quando D. Ioannes assereret prædictam schedulam esse coram Episcopo lectam, non concluderet eam intellexisse, Bart. in l. 1. §. Tutor inuitus. ff. de auctor. tutoris, num. 1. ibi: Secus esset, si testis dicat alium fore presentem, quia non sequitur, ergo intelligentem, quia potest esse vnus separatus ab alio, sequitur Viuius opinione 899. num. 2. Farinac. *quest. 70. num. 155.* Fontanela de pacti nupt. tom. 2. concl. 6. gloss. 3. part. 5. num. 80. 81. & 82. qui has comprobant conclusiones.

73 Quod præmaximè procedit, quando agitur de obligando presentem, quia tunc presentia necessaria est, & quòd ea, & intelligentia, & consensus probetur, vt per Farinac. *dict. q. 70. num. 156. & sequent.*

74 Cui additur prædictum D. Ioannem del Valle contradici quia recognoscens schedulæ subscriptiones dicit, se presentem fuisse 8. annis retrò, quòd conuincitur ex eadem schedula, quia confecta fuit die 12. Februarii anni 626. & eius depositio est anni sequentis 627.

75 Et ultra hanc contrarietatem, in alijs hic testis de periurio notatur, & ad eum repellendum à testimonio sufficit periurium coniecturis probari, vt per Crauer. *consil. 249. num. 8. versic. Igitur si primus testis,* quem sequitur Farinac. *de testibus quest. 67. num. 76. legendus ex num. 74.*

76 Et cum fides testis individua sit, ex falsitate in aliquo in totum reprobatur, *cap. pura. 3. q. 9. Farin. de testib. q. 56. num. 191. & q. 57. num. 111. vbi ad longum.*

77 Secundo ponderatur depositio Licentiati Andreae de Otero, qui nil concludit, nam solum asserit audiuisse ab Episcopo (antea quàm decederet) donasse totum suum patrimoniũ patribus (loquendo de prædictis testibus) & ex hoc collegisse Episcopum donationem dictam fecisse: itaque Episcopus hoc non dixit, & quòd deponit testis, est ex suo capite & persuasione, & sic non concludit, vt per Farinac. *quest. 68. num. 33.*

78 Tertio ponderatur depositio Petri Merino aurigæ qui vt vilis, nullam facit probationem, Farinac. *quest. 38. num. 53.* & omnem probationis machinam destruit, quia deponit de ipso actu donationis (schedulæ, & dicit solos cum Episcopo fuisse Fr. Petrum de Albistur, Fr. Franciscum de Vega, & Fr. Ildephonsum Nuñez, & non Fr. Gasparem Franciscum, & contrariatur cum depositione Licentiati Otero: nam asserit Episcopum ei dixisse, Monasterio suum patrimonium concessisse, & Otero ait patribus, & illum ex hoc collegisse, talem Monasterio donationem fecisse, vt proximè *num. 77.* quæ contrarietas inuitabilis est ex his, quæ ferè in terminis tradit Farinac. *de testibus quest. 65. num. 274.*

79 Quarto ponderatur, quòd est à Monasterio articulatam in art. 4. & testium ei respondentium depositio, qui solum concludunt intellexisse ab Episcopo voluisse Monasterio sua bona donare, & hoc egisse cum dictis monachis, quòd nihil probat, quia multa tractantur, quæ non perficiuntur, vt supra *num. 68.* & disponendi voluntas, dispositionem non inducit, l. sciendum, §. edictum, ff. de adilit. edict. & ex deliberata voluntate aliquid faciendi, nõ obligatur quis Deo, nec homini, nisi dispositio sequatur, *cap. literatura, de voto, vbi Abbas num. 2.* & cum D. Thom. & alijs Navar. in *Manuali, cap. 12. num. 24. & consil. 1. titulo de voto lib. 3.* non enim sufficit velle disponere, nisi sequatur dispositio, l. quidam cum filium, ff. de hered. instit. Molina lib. 1. cap. 4. num. 6. & testamentum imperfectum ratione voluntatis, nõ probat etiam ad fauorem piæ causæ, Oldrad. *consil. 119.* qui loquitur in pulchro casu, Decian. *consil. 86. num. 34. & 35. volum. 2.* Ruri. *consil. 137. num. 10. volum. 5.* quòd late exornat Toro in *summa priuilegiorum piarum causarum priuileg. 167. ad finem principij, & versic. Tertio quoties, & versic. Quarto si testamentum,* vbi loquitur in individuo in nostro casu, quòd testator vocauit duos testes, coram quibus schedulam scripsit, & suum testamentum esse ad piæ causas asseruit, & postea dixit velle notarium vocare, vt testamentum perficeretur, & ante eius celebrationem obiit testator, & resoluit dictam dispositionem esse inuvalidam, & imperfectam, etiam fauore piæ causæ, Claro in *§. testamentum, quest. 7. versic. Aliquando & tertio, Riccius in additione ad Tiraguel. de priu.*

privileg. pie cause, privileg. 86. versic. Aut verò sunt de futuro, pag. 111.

80 Ex quo colligitur hunc casum adaptari non posse materiæ cap. final de success ab intestato, circa plures probationes diuersi generis, quæ imperfectæ sunt, coniungendas, vt probatio fieret, nam nulla ex adductis talem perfectionem habet, quæ utilis sit ad hanc coniunctionem faciendam, & vt planius procedatur, animaduerto.

81 Primo, quòd quamuis Bart. in repetit. l. admonendi, ff. de iure iurand. num. 48. allegauit cap. fin. de success ab intestat. ad dictam conclusionem probandam, certissimum est eam nõ probare, potius enim contrarium asserit, nam confessio, de qua loquitur textus, facta fuit præsentate parte, & iuxta ordinariã conclusionem debebat plenè obligationem personæ, & bonorum probare, quam fecit Archipresbyter, & textus pro plena probatione non admittit, vt patet, ibi: *Quia tamen alij testes dixerunt se audiuisset ipsum in Abbatis presentia, quod prædictum est confitentem, non tanquam sufficienter probantes, sed tanquam vehementer adminiculantes assertionem Abbatis, plurimum adiuuabant.* Itaque confessio parte præsentate facta, plenè non probauit, sed tantum testem de visu deponentem adminiculauit, & super hac contrarietate plurima inculcant Doctores super ratione, in qua text. fundatur, & inter eos Abbas illic num. 17. asserit, quòd ratio, propter quam confessio parte præsentate emanata plenè actum non probauit, fuit, quia non facta est principaliter, sed incidenter aliud agendo, & sic quamuis fuit parte præsentate facta, plenè non probauit, sequitur Mascard. de probat. volum. 1. conclus. 346. confessionem extraiudicialem, num. 17. & conclus. 383. confessionem incidenter factam, Mancino de confession. capit. 2. num. 82. pagina mihi 60. Ex quo cum confessio, de qua deponit Licentiat. Andreas de Otero, & alij testes ponderati, non fuerit principaliter, & cum deliberatione facta, sed incidenter, nullius est momenti, quamuis fuisset plenè probata.

82 Secundo, nam necessarium est, quòd extraiudicialis confessio ad hoc, vt semiplenam probationem faciat, plenè saltem per duos testes probetur, vt per Afflict. decis. 364. num. 4. & post eum, & plures alios Mancin. d. cap. 2. num. 54. Farinac. in praxi 3. part. quest. 82. num. 44. & debent esse testes in eodem loco, & tempore, vt per Mancin. dict. num. 54. Farinac. dict. quest. 82. num. 45. Guazin. de defens. reorum, defens. 32. cap. 3. n. 13. pag. 1001.

83 Et item idonei, & legales esse debent, & omni exceptione maiores, vt per Farinac. dict. quest. 82. num. 46. Guazin. de defens. reor. dict. cap. 34. num. 14. pag. 1012. ibi: *Sed isti testes deponentes de confessione extraiudiciali, debent esse idonei, & legales, Beroius in capit. at si*

Clerici, num. 137. extra de iudicijs, & omni exceptione maiores, Hortens. consil. 99. num. 8. Roland. consil. 57. num. 34. lib. 4. Bursat. consil. 336. num. 18. lib. 3. Riminaldus Iunior consil. 361. num. 27. & sequent. & consil. 237. num. 71. lib. 3. Fabius Turret. consil. 62. num. 4. vbi de receptissima opinione.

84 Eandem conclusionem probat Cauallcan. decis. 19. num. 24. cum duobus sequentibus, vbi num. 27. part. 1. addit, quòd quando testes non sunt omni exceptione maiores, & integri, non coniunguntur.

85 Et supposito, quòd de nullo teste præsumatur esse omni exceptione maiorem, debet articulari, & probari per alios testes, qui qualificent illos, qui de extraiudiciali confessione deponunt, Cauallcan. d. decis. 19. n. 28. p. 1. & dicitur infra.

86 Quòd deficit in nostro casu, nam Licentiat. Andreas de Otero confessionem Episcopi non concludit, vt supra num. 77. nec testes, qui referunt, quòd Episcopus dixit Licentiat. Otero, sed potius sunt tibi contrarij, & quælibet contradictio, & discrepantia in testibus, de confessione extraiudiciali deponentibus, illos repellit, vt per Guazin. defens. 32. d. cap. 34. num. 13. sub versic. *Et ob id, ibi: Imò, & quælibet varietas inter testes etiam modica operatur, vt confessio non dicatur probata, idem resoluit Magon. decis. Lucens. 46. num. 20. & 21. vbi in nostro casu asserit, quòd quilibet minimus defectus in teste omni exceptione maiori semiplenam impedit probationem, & quòd testis omni exceptione maior dicitur, cui nulla de mundo exceptio opponi possit.*

87 Teruo requiritur, quòd testes deponentes de extraiudiciali confessione, sint rogati, & non sufficit, si casu fortuito audiuisent, vt tradit gloss. in cap. de his, verbo audiuerunt, versic. *Et generaliter 3. quest. 9. per quam gloss. dicit Beroius in cap. at si Clerici, num. 136. de iudicijs, esse mirabile dictum ad elidendam probationem, quæ resultat ex confessione extraiudiciali, Farinac. quest. 82. num. 47. quòd benè explicat Guazin. defens. 32. dict. cap. 34. n. 14. ibi: *Et debent esse rogati, nec sufficeret, si casu fortuito audiuisent.**

88 Quarto, vt coadunentur imperfectæ probationes, vt vna perfecta fiat, necessum est, quòd quælibet illarum in suo genere sit perfecta, & plenè probetur, & sic firmat suam resolutionem Bart. in dict. l. admonendi, de iure iurand. num. 48. quem sequitur alios referens Gutierrez practic. lib. 3. quest. 12. num. 3. Rota apud Farinac. decis. 1. post 2. tom. consil. crim. Cornazan. decis. 85. num. 8. 9. & 10. Mastaroto 45. num. 14.

89 Et cum perfectè extraiudicialis confessio, non sit in suo genere probata, non debet estimari, ad hoc vt coadunetur, nec vt aliam sortiatur effectum. *magnol. idv. 11. num. 90 Nec*

90 Nec etiam alia semiplena probatio potest induci, nec aliquis gradus ex quatuor Religiosorum depositione, qui asserunt schedulam subscripsisse, & ut testes eius confectioni interfuisse: nam ex exceptionibus, quas ipsi patiuntur de quibus supra, præcipuè, quia causa ciuilis est, & ardua in qua particularium consideratur interesse, ut dictum est, non quia sint plures testes vniuersitatis, coniungendi sunt, ut plena fiat probatio, quod singulariter tradit Mascard. *lib. 3. conclus. 1414. alias 1421. homines vniuersitatis, num. 1. & 2.* vbi resoluit testes vniuersitatis nullam facere fidem in causa ad suum commodum reducibili, nam in propria lite deponit in utroque casu, & *num. 3. & 4.* addit, quod idem est, quod sint duo, vel plures, nam numerus defectum non supplet, & rationem reddit, esset enim absurdum, quod plures testes omnino inhabiles possent se idoneos facere, & quod vnus adderet fidem alteri, quam ipse non habet, quod sequitur in terminis Farinac *de testibus quest. 60. n. 542. & 543.* vbi sequitur Mascard. *quest. 62. num. 313.* vbi quod in causa ciuili ardua, numerus testium non supplet defectum.

SECUNDVM FVNDAMENTVM.

In quo probatur Monasterij testes inter se contrariari.

91 **V**ersatur prima contrarietas inter Fr. Franciscum de Vega, & Fr. Petrum de Albistur principales dictæ schedulæ testes: nam Fr. Franciscus de Vega dicit Episcopum eum vocasse, ut testis dictæ schedulæ fuisset, cum iam illa fuisset scripta.

92 Fr. Petrus de Albistur, de eodem actu loquendo, asserit eos vocasse Episcopum, & iussisse illi, ut acciperet attramentum, & calamum ad eam scribendam, & eam coram omnibus fecisse.

93 Contrarietas consistit in eo, quod alter deponit fuisse vocatum, ut testis dictæ schedulæ iam scriptæ fuisset, alter verò schedulam fuisse scriptam duobus præsentibus, quæ contrarietas in totum hos duos repellit testes, ut ferè in terminis tradit Iason *consil. 151. num. 4. versic. Sexto, volum. 2.* vbi quod si donator dixit notario velle facere donationem, & hoc dicit vnus testis, alter verò, quod dixit notario, qualiter faciebat donationem, quod isti testes sunt contrarij, & non possunt reduci ad concordiam, sequitur Petra *de fideicommiss. q. 12. num. 119.*

94 Contra hoc asserit monasterium, quod actus vocandi testes reiterabilis fuit, & ita Episcopus potuit vocare Fr. Franciscum de Vega, bis, primò ante scriptam schedulam, secundo verò post eius confectionem, & de hoc secundo tempore deponit Fr. Petrus de Albistur. Cui satisfit, nam supplementum hoc ex capi-

te fit, siquidem non constat, nec verificatum est actum reiterabilem fuisse, & articulus solùm vnã donationem continet fundatam in schedula, & de illa testes deponunt, & non quòd eos bis Episcopus vocasset, & sic dicta contrarietas non excluditur.

95 Minus obstat replicare, quòd quando talis contrarietas versetur inter hos duos Religiosos, est circa accidentalialia depositionis, ex Rota apud Ludouic. *decis. 351. num. 29.* nam in casu facili decisio est, quia in ea vnus testis deposuit Sacerdotem fuisse matrimonio præsentem, & examinatus sacerdos, hoc non asseruit, quia de hoc non fuit interrogatus. Cui oppositioni Rota respondit, quòd hæc contradictio in testibus non est circa substantialia, & hoc optima ratione: nam quòd magis deponat vnus, quàm alter testis, contrarietatem non iuducit, ut in eadem *decis. num. 22. & decis. 578. num. 4.* Farinac. *de testibus questio. 65. num. 11.*

96 Et quamuis regulariter quando contradictio non est circa substantialia, non nocet: tamen quando est circa notabilem circumstantiam, vel qualitatem, testes ut contrarij repelluntur: nam idem est, ac si sint in substantia negotij contrarij, ut per Farinac. *questio. 50. num. 21.*

97 Præterea, quia ad hoc ut testis non sit omni exceptione maior, sufficit quòd illi quilibet opponi possit defectus, ut supra num. 86. & depositio falsa, circa minimam circumstantiam sufficit, ut per Magon. *decis. Lucens. 46. num. 22.* vbi ad finem addit, mendaci de fide detrahi, etiam si super generalibus falsum dicat.

98 Secunda verò contrarietas est Fr. Petri de Albistur, & aliorum testium, nam asserit, quòd cum die donationis soli cum Episcopo fuissent, ad ostium accesserunt D. Petrus de Velasco Eques Ordinis Diui Iacobi, & Didacus de Arredondo eius cõsanguinei, & postquam Episcopum salutarunt, Episcopus eis dixit, quòd occupatus erat, certa disponendo, & sic eum relinquerent.

99 Didacus de Arredondo de eodem actu deponens, dicit quatuor, aut quinque diebus ante mortem Episcopi hoc accidisse: & ita in tempore contrariatur, quoniam donatio fuit octo diebus ante illius mortem.

100 D. Petrus de Velasco de eodem actu deponendo asserit hoc accidisse octo diebus ante Episcopi mortem, itaque die donationis hoc esse non potuit, quæ contrarietas conciliari non potest, ut per Ruin. *consil. 35. num. 16. & consil. 36. num. 5. lib. 4.* vbi dicit, quòd quando tempus est de actus substantia, testes in eo non concordantes singulares sunt, & sic conciliari non possunt, Mascard. *volum. 3. conclus. 1367. duplici de causa num. 7. & 8.* Petra *de fideicommiss. quest. 12. num. 764.* Farinac. *de testibus*

stibus *quest. 64. num. 72.* vbi quod diuersitas temporis facit testes singulares, & *num. 75. & 77. & num. 80.* vbi quod si ex diuersitate temporis diuersitas actuum introduceretur, tunc testes sunt singulares, licet tempus non sit de substantia actus.

101 Et tunc dicitur tempus, vel aliquid esse de substantia depositionis, quando articulatur in interrogatorio, Baldus *in rubric. de controuersia inuestitura num. 4.* vbi quod substantialia dicuntur, quæ includuntur sub iuramento, & forma articulata, Petra *d. q. 12. n. 1308.* Farinac. *quest. 65. num. 18.*

102 Et non obstat replicare, quod verbum *Mucho tiempo*, quo vitur D. Petrus de Velasco, potest referri ad 8 vel 12. dies, qui lapsi fuerint inrer donationem, & Episcopi mortem: ad quod nil à monasterio allegatur, & de iure contrarium probatur, nam verbum, *Multum tempus* ad minus refertur ad annum, Abbas *in c. plerumque de rescript. num. 2.* Bertachin. *in reperiotorio tom. 3. liter. M. verbo, Multum tempus folio mihi 397. colum. 3.* vbi refert varias opiniones. circa significationem verbi, *Multum tempus*, & opinio quæ minori tempore est contenta, requirit sex menses.

103 Minus satisfacit responsio, quæ datur contrarietati calculatoris Arredondo: nam deponendo de quatuor, vel quinque diebus, ante Episcopi mortem, suppleri non potest illum: plus temporis concludere, & vt contrarius non sit, maior dilatio, quàm quinque dierum esse debebat, quia in alternatiuis sufficit, quod vna pars sit vera, & cum sit actus donationis, in quo monasterium fundatur vnus, & non reiterabilis, consanguinei Episcopi ex diametro cum Fr. Petro contrarij existunt.

104 Aliæ plures contradictiones, & contrarietates inter prædictos testes reperiuntur, vt in memoriali huius litis continetur.

105 Ex quibus contrarietatibus resultat nullam fidem his testibus adhibendam esse, *l. qui falsa. ff. de testibus, Mascard. volum. 3. conclus. 1367. num. 3.* Farinac. *de testibus quest. 65. num. 2.*

106 Nec obstat replicare has contradictiones non repellere testes, eo quod leues circumstantiæ sint, ex Farinac. *d. q. 65. n. 16.*

107 Quia respondetur primo, quod quæuis repugnantia non sit in parte substantiali, testem tamen suspectum demonstrat Farinac. *decis. 207. n. 6 part. 1. in recentior.*

108 Secundo, quod quando sunt testes suspecti (vt testes Monasterij) eis contrarietas obstat, etiam circa non substantialia, Ruin. *concl. 149. num. 30. volum. 5.* Petra *de fideicommiss. quest. 12. num. 765.*

109 Tertio, circumstantiæ, in quibus contrariantur, proximæ donationi sunt, & in his casibus contrarietas obstat Farinac. *dict. quest. 65. num. 20. & 21.*

110 Denique licet regulariter testium concordia debeat fieri, hoc procedit ad vitandam fallitatem, nõ verò, vt probent, Farinac. *dict. quest. 65. num. 99* præsertim quando contrarietas est in testibus productis ab eadem parte, tunc enim nullo modo fit concordia, vt probent, Farinac. *d. q. 65. n. 96 & 100.*

TERTIVM FVNDAMENTVM.

Ex l. scripturas, C. qui potiores, &c.

111 **Q**Vando inter creditores controuersia versatur, qui suam hypothecam ex particulari scheda probari intendit, tribus munitam testibus debet eam exhibere, *d. l. scripturas, l. 31. tit. 13. part. 5.*

112 Qui testes omni exceptione maiores esse debent, vt in *dict. l. scripturas*, ibi: *Nisi forte probata, atque integræ opinionis trium, vel amplius virorum subscriptiones eiusdem contineantur.*

113 Nec obstat replicare *d. l. 31.* hanc qualitatem in testibus non requirere.

114 Nam responderetur partitæ leges nunquam esse iuris communis correctorias, nisi in eis exprimatur, Gregor. *in l. 9. tit. 3. part. 6. gloss. 3. Castillo tom. 5. cap. 89. num. 229.* & ita illa partitæ lex circa idoneitatem testium debet regulari, iuxta *l. scripturas*, & ita in individuo tradit Gutierrez *lib. 3. pract. c. quest. mihi 103. num. 5.* vbi dicit, quod testes omni exceptione maiores esse debent, & quod hæc qualitas debet articulari, & probari.

115 Et in terminis, *l. scripturas*, est communis resolutio, quod testium qualitas debet articulari, & probari, Franchis *decis. 644.* Vitcontus *in suis conclusionibus iuris liter. T. vers. Testis si vnus deponat de presentia alterius, col. 3. in princip. fol. 273.*

116 Nec obstat replicare, necessarium nõ esse testium idoneitatem probare, sed quod hoc positum est in arbitrio iudicis, ex Couarr. *in cap. relatum el primero de testament.* nam in histerminis non loquitur, sed in testamento ad pias causas in quo casu duobus legitimis testibus *caput relatum* est contentum, & hic casus differt à præcisione, sub qua loquitur, *l. scripturas, in supra relatis verbis:* Et ratio est, quia cum præsumat lex omnes idoneos esse testes, & bonæ qualitatis, si non obstante hac præsumptione requirit, quod testes sint probata, atque integræ opinionis, iam ordinaria præsumptione contenta nõ est, sed cum plus requirat, articulari, & probari debet, vt prædicti DD tradunt, & in similibus terminis idem dicunt Molin. *lib. 2. cap. 6. num. 29 & 30.* Mieres *4. part. quest. 20 num. 29 in 1. edit.* Auend. *de exequend. mandat. 1. part. cap. 2. vers. Quarto ex eisdem legibus, alter Auend. in l. 41. Taur. gloss. 11. n. 2. Sard. decis. 320. num. 11.*

117 Et hi Religiosi de schedula deponentes integræ fidei, & probatæ opinionis ad hoc non sunt, ad quod sufficit, quòd contra eos aliquid opponatur, Bald. *in l. optimam. colum. 2. C. de contrah. stipulat. Couarru. in 4. 2. part. cap. 8. §. 12. num. 7. Viscont. dict. lit. T. versic. Testis si vnus, §. & dicitur testis omni exceptione maior.*

118 Nec dicatur prædictum Monasterium dictorum testium idoneitatem probatam habere: nam articulus nõ dicit eos esse omni exceptione maiores, nec integræ opinionis, vt requirit, *l. scripturas*, sed solum eos fuisse perfectos Religiosos, quod tamen est compatibile cum defectibus, & exceptionibus, quas patiuntur, supra propositis, *ex n. 33.* quòd efficit, vt omni exceptione maiores esse non possint.

119 Nec obstabit, si replicetur *l. scripturas*, procedere inter creditores, vt vnus contra alium per scripturas priuatas prælationes probent, & quòd hic versamur in probanda donatione: quia à maiori parte rationis materia, *l. scripturas*, in hoc casu procedit: nam si in suis terminis dictam solemnitatem requirit, cum sit minoris præiudicij casus, à fortiori in probanda donatione, & dominio bonorum per scripturam priuatam debere eadem solemnitas requiri, vt in specie tradit Paul. *consil. 134. num. 2. versic. Ex his patet responsio, lib. 1. Franch. decis. 95. num. 4. Trentacinq. lib. 2. variar. tit. de fide instrument. resolut. 12. num. 20. Cabal. consil. 121. num. 3. lib. 2. Genua de scriptura priuata lib. 1. in materia dictæ legis scripturas, conclus. 2. num. 4. pag. 62.*

120 Nec obstabit iterum replicare, quòd quando testes deponunt super veritate rei gestæ, necessaria solemnitas, *l. scripturas*, non est, cui satisficit, nam testes solum de veritate schedulæ deponunt, & non de donatione in ea contenta, & ita solum eam recognoscunt, quia videntur, & vt cumque lit, in his terminis Gutierrez *lib. 3. practice. quest. 103. num. 7.* constanter præsupponit testes eiusdem qualitatibus esse debere.

QUARTVM FVNDAMENTVM.

Super falsitate schedulæ donationis, in qua Monasterium fundatur.

121 **E**cclēsia de Guadalaxara octo coniecturas, & probationes proponit, quæ manifestè dictæ schedulæ falsitatem conuincunt. Prima prouenit ex depositionibus Patrum Vega, & Albistur, dum dicunt eos solos cum Episcopo clausos fuisse in suo cubiculo ad dictæ schedulæ constructionem, ex hac enim clandestinitate præsumitur falsitas, Crauera *consil. 862. num. 4. 864. num. 3. Menoch. lib. 5. præsumpt. 20. num. 36. Thuscus tom. 3. lit. F. concl. 44. n. 19. Genua de script. priuat. lib. 1. q. 6. principali dub. 7. n. 49. pag. 50.*

122 Secunda coniectura resultat ex actibus causatis à Licenciato Velazquez Senarus Indiarum Relatore, qui de ipsius commissione bona spolij dicti Episcopi sequestrauit, & in tuto posuit, & in testes examinauit dict. P. Albistur, & alios Religiosos testes dict. schedulæ, & alios famulos dicti Episcopi, qui videntes, omnia esse contra ius Monasterio acquisitum ex dicta schedula, de ea non opposuerunt, nec procedimera dicti Relatoris impediunt, cū tamen si veritas schedulæ esset patens, nihil fieri posset ex his, quæ à dicto Relatore gesta fuerunt, & plura alia adminicula resultant ex memoriali huius litis, quæ breuitatis gratia omituntur.

123 Ex quo facto magna resultat falsitatis suspicio, ex traditis à Crauera *consil. 864. num. 5. versic. Quarta coniectura, §. num. 6. lib. 5.* vbi resoluit, quòd duabus donationibus factis eorundem bonorum, si in vltima mentio primæ non sit, ex hac omissione inducitur falsitatis coniectura, ad quod est text. formalis, *capit. inter dilectos, §. in omnibus de fide instrument. vbi dicitur esse suspensionem falsitatis, quòd in vna scriptura non fiat mentio alterius, cum fieri debuisset, Mascard. tom. 2. conclus. 740. n. 6.*

124 Et si certa fuisset donatio, Fr. Petrus eam opponeret, & mentionem de illa in prædictis sequestris faceret: quam falsitatis suspensionem ponderauit Bart. *consil. 88. num. 5. Menoch. lib. 2. præsumpt. 91. num. 5.*

125 Quod cõprobatur ex doctrina Bald. *in l. fraus, de legibus num. 3.* vbi quòd instrumentum præsumitur falsum, & simulatum, si multo tempore fuit occultum, Curtius Senior *consil. 54. colum. 6. n. 11. in fin. Caballin. milloquio 589. versic. Nona, Menoch. de præsumpt. dict. præsumpt. 91. num. 5. §. 6.*

126 Tertia coniectura prouenit ex tarda schedulæ productione, quia post dicta sequestra, & alia in ipsius præiudicium gesta, & lapsis nouem mensibus à morte Episcopi, lis, eius virtute, à Monasterio introducta est, vnde habet hanc præsumptionem contra se, *l. si quis fortè, ff. de pœnis, Olasc. decis. 117. num. 9. Cephal. consil. 287. num. 32. lib. 2. Farinac. de falsitate, quest. 153. num. 182. Ploto in l. si quando, C. vnde vi, num. 389. Surd. consil. 173. num. 20. Genua de scriptura priuata, lib. 1. quest. 6. principali, limit. 7. num. 30. §. 31. pag. 49. Ciriac. tom. 1. controuerf. 62. num. 28.*

127 Quarta coniectura est, quòd etiam in hac curia tot tabelliones sint, & præcipue in via publica ambulatorum, vbi Episcopus habitabat, vt est ab Ecclesia probatum: hæc donatio coram tabellione confecta non fuit, cum tanti momenti, & qualitatis fuisset: ex hac enim consuetæ solemnitatis omissione inducitur suspicio falsi, Mascard. *tom. 2. conclus. 745. num. 11. Veral. decis. 3. num. 13. part. 2. Farinac. tom. 5. quest. 158. num. 191. Genua de*

de scriptura priuata quest. 6. d. dub. 7. num. 40. pag. 50.

128 Quibus conuenit quod tradunt Curtius Iunior *consil.* 34. num. 4. lib. 1. Menoch. *consil.* 207. vol. 3. ubi quod qui probat testibus, quod potest probare per instrumentum, habet contra se maximam falsitatis suspicionem.

129 Quinta coniectura resultat ex nimia cautela dictæ schedulæ, & actuum multiplicitate. nam in ea dicitur, quod de ea fiet scriptura publica, quæ non est facta, & quod si confici instrumentum non posset, vim scripturæ schedula haberet, ex hac enim multiplicitate actuum resurget præsumptio falsitatis, Menoch. lib. 5. *presumpt.* 20. num. 24. Farin. *decis.* 366. num. 5. post 2. tom. *consil. criminal.* ubi de multiplicitate scripturarum priuararum, Genua de scriptura priuata lib. 1. quest. 6. princip. dubit. 7. num. 14. pag. 48.

130 Sexta coniectura est, Episcopi subscriptionem in schedula appositam (cum ab eo facta non fuerit) imitatum, & falso fabricatam esse, quod apparet ex ipsius inspectione, quæ sensim, tremulè, & titubanter confecta esse videtur, & ita plures in arte scribendi periti ab Ecclesia examinati deponunt. Quæ præsumptio efficacissima est ad dictam falsitatem comprobandum, quia, ut in simili dicit Ludouicus *decis. Perusin.* 115. num. 12. vix fieri potest scriptura aliam imitans, quin aliqua suspicionis signa habeat. Et ita in terminis istam coniecturam ponderauit Decianus *consil.* 99. num. 18 & 19. volum. 2. ubi: *Septimo arguitur etiam falsitas huius scripturæ ex alio, quia ut dicitur in specie facti ad me transmissa characteres literarum, licet videantur accuratè imitari characterem, quo solebat uti ille notarius: attamen propter imitationis difficultatem videntur librata manu, ac sensim, & cum magna consideratione, ac diligentia formari, non ut alij corrente calamo, & negligenter, Decian. refert. & sequitur Thuc. tom. 3. lit. F. conclus. 44. num. 9.*

131 Septima coniectura est, quod vndecim linearum acceptationis assertæ schedulæ donationis (ut intendit Monasterium) fuerunt in continenti scriptæ, & sunt diuersi atramenti, & postea alio atramento nigriori superscriptæ, & tinctæ, ut dissimilitudo inter literam schedulæ, & acceptationis non fuisset, ut deponunt dicti periti.

132 Ex qua atramenti diuersitate resultat falsitatis præsumptio, Mascard. *conclus.* 740. num. 18. & 20. Menoch. lib. 5. de *presumption. presumpt.* 20. num. 8 & 9. & melius *consil.* 199. num. 8. Farinac. de *falsitate questio.* 153. num. 155. Thule. tom. 3. *liter. F. conclus.* 44. num. 29. resoluentes, hanc coniecturam cum alijs sufficere ad hoc ut instrumentum, quamuis publicum, elidatur: idem probat Genua de scriptura priuata lib. 1. quest. 6. princip. dubit. 7. num. 4. pag. 47.

133 Et ex falsitate acceptationis resultat, quod penitus præsentio Monasterij euanescat, quamuis schedula fuisset certa, nam ad perfectionem eius, Monasterij acceptatio requirebatur, *L. absent. ff. de donat.* cuius dispositio procedit in Ecclesia donatrice, *gloss. in l. illud, verbo alia causa, C. de Sacros. Eccles.* quam dicit communem *l. in l. qui Roma, §. Flauius num. 22. ff. de verbor. obligat.* & alij plures apud D. Valencuel. *consil.* 63. num. 11. Toro in *additione ad Tiraquel. de privileg. p. cause, privileg.* 114. pag. m. hi. 139.

134 Nec primo obstat opponere, quod ad hanc suspicionem comprobendam testes periti deponunt per verbum, *Videtur* nam cum sit materia, quæ magis per discursum intellectus, quam per sensum visus percipitur, fidem facere debent, ut tradit Felin. in *capit. quoties de testibus num. 13.* Farinac. de *testibus questio.* 63. num. 82. & ita in hoc casu testes de credulitate probant, Butrius in *dict. cap. quoties num. 13.* Farinac. *dict. num. 82.* imò in hoc casu si testis diceret se scire, subiret anceps periurium, Butrius, & Farinac. ubi proximè, & iudicium testium super literis, quas non scribere videntur, debet esse de credulitate, & in forma, qua testes Ecclesiæ dicunt.

135 Nec secundo obstat, si opponatur similitudinem literarum, super quibus testes deponunt ad probationem dictæ schedulæ falsitatis, & diuersitatis signorum Episcopi, non esse releuantem, plena donationis probatione existente, quod procederet, si de donationis fide non dubitaretur, nec testes super eius verificatione deponentes, aliquos detectus haberent, & sic accommodantur coniecturæ super falsitate ponderatæ, & præcipuè illa, quæ resultat ex similitudine literarum, Speculator *titulo de probatio §. Nunc videndum restat, num. 25.* Mascard. *conclusio.* 740. num. 10. & 11. quod planè admittit in civilibus, ut fides instrumento non detur, ut ibi *num. 13. & 14.*

136 Nec tertio obstat probatio à Monasterio facta, in quantum ad literarum comparationem: nam præter testium varietatem, & contrarietatem, debiliter affirmant, & ob id testes Ecclesiæ præferuntur, cum magis specifice, & firmiter respondeant, & est certa conclusio falsitatis coniecturas contra instrumentum præferri illis, quæ illud coadiuant, Abbas in *cap. cum Ioannes de fide instrument. num. 13.* & cum pluribus Farinac. de *falsitat. quest.* 158. n. 149. & 150 & contraria opinio procedit causa in criminali, quando agitur de puniendo crimine falsitatis, Farinac. ubi proximè, *num. 152.*

137 Et certum est in hoc casu ambarum partium testes non percutere substantiam instrumenti, & qualitates extrinsecas, in quo casu melior probatio est, quæ resultare potest ex

Inspectione dictæ scædulæ à Dominis iudicibus facienda, qui debent ponderare defectus contra eam oppositos, & quæ circa eos testes vtriusque partis deponunt, vt in specie ponderat Decianus *respons. 99. n. 19. lib. 2.*

138 Octaua præsumptio resultat ex eo, quòd schedulæ data sit Matriri die 12. Februarij anni 626. & in mandato, quòd Monasterium dedit ad huius causæ prosecutionem, dicitur dictam donationem fuisse factã, Episcopo in Vallisoletana ciuitate existente, ibi: *Al espolio, y bienes del señor don fray Iuan del Valle, del Consejo del Rey nuestro señor, Obispo que fue en la ciudad de Guadaluaxara en Indias, que fue professo de la dicha nuestra Orden, y hyo desta nuestra casa, y Conuento, por cuya causa, y de cierta donacion que en ella hizo firmada de su nombre, &c. quæ contrarietas falsitatis præsumptionem arguit, gloss. in cap. in memoriam 19 distinct. verbo falsam, in versic. Item dicitur falsa el tercero, Farinac. de falsitate quæst. 153. num. 131. & sequent.*

139 Ex quibus præsumptionibus resultat comprobatio falsitatis dictæ schedulæ: nam in vna scriptura duo falsitatis gradus possunt considerari. Primus, eam falsam declarando: secundus, quando nulla ei fides adhibetur, quia vt suspecta de falsa est redarguta, l. 1. §. si quis neget, & ibi Bart. & alij, ff. de his, quæ in testam. cap. ex literis, de fide instrument. capit. fin. de crimin. fals. Guazin. de defensione reorum, defens. 6: cap. 9. num. 9.

140 Quando plenè falsitas probatur, est gradus habendi eam pro falsa, Albenf. *consil. 99. n. 4. Sese decis. 118. sub n. 8. lit. G.*

141 Secundus gradus falsitatis est, quando plena non existit probatio, sed solum ex scriptura suspiciones, & coniecturæ resultant, l. i. ubi Bemus, C. de probat. l. 2. ff. de fide instrum. capit. ex literis, cap. inter dilectos, extra eodem tit. cap. olim de rescriptis, cap. fin. de crimin. falsitat. Albenf. & Sese locis licatis.

142 Falsitatis suspiciones possunt dupliciter considerari, aut prouenientes ex vitijs visibilibus scripturæ, vt cancellatio, & signa falsa, & alia, de quibus prædicta iura loquuntur, aut ex alijs ab extra prouenientibus, vt illæ, quæ ex rebus inuicibilibus proueniunt, vt præsentationis retardatio, & alio huius generis. Quòd probat Mascard. *conclus. 740. Menoch lib. 5. præsumpt. 20. Genua de scriptura priuata, lib. 1. q. 6 in princip. per tot. fol. 37.*

143 Et cum falsitas occultè committatur difficilis probationis est, & per indicia, & coniecturas probatur. Iaf. *consil. 68. num. 2. lib. 4. & Hondedeus consil. 109. n. 2. lib. 1. & cum pluribus, Menoch. consil. 538. n. 2. lib. 6.*

144 Quia detegere falsitatem est quodam modo diuina reuelatio, Bald. in l. si ex falsis, C. de transact. n. 2. ponderando text. ibi: Ciuilitè falso reuelato, Socin. Iun. *consil. 41. n. 7. lib. 1.*

145 Et hæc præsumptiones falsitatis sufficiunt, licet quælibet per se non sit plenè probata, capit. præterea 27. de testibus. & ibi Abbas notabili 1. Aretinus in cap. veniens el primo, eodem titulo, num. 25. ad fin. & ibi Felin. n. 13. idem Aretin. *consil. 13. n. 9. Decius consil. 577. num. 12. Gabriel lib. 1. commun. tit. de probat. conclus. 1. num. 32.*

146 Et magis in terminis, quòd coniecturæ vehementes tendentes ad eundem finem, coniungantur ad falsitatem probandam, Verat. *decis. 207. & decis. 4. part. 2.*

147 Et ex hoc prouenit, quòd in ciuilibus, vt falsitas probatur, coniecturæ sufficiunt, & hæc habentur pro falsitate, Archidiacon. in capit. in memoriam, num. 12. distinct. 19. Mascard. *conclus. 739. num. 5. Olascus decis. 117. num. 7. Farinac. tom. 5. quæst. 152. & decis. 366. num. 4. part. 2. tom. consil. crimin. vbi loquitur de præsumptione falsitatis, circa apocham. Thesaur. lib. 2. quæst. forens. q. 47 in princip. Rota apud Burat. *decis. 611. num. 4. & ibi Ferentil in additione liter. A. num. 15. plura cumulat.**

148 Et quando falsitatis suspiciones proueniunt ex visibilibus vitijs eiusdem scripturæ, absque dubio præsumptiones sufficiunt, vt instrumento non credatur, & tradunt Doctores proximè citati, Innocent. in capit. 1. de fide instrument. num. 8. Farinac. d. quæst. 152. num. 14. Guazin. de defensione reorum defens. 4. capit. 9. num. versic. Et vbi adest, & duæ coniecturæ huius speciei sufficiunt, Mascard. *dict. conclus. 140. num. 45. Ferentil. dict. additione ad decis. 611. num. 15. versic. Et ad hunc effectum, & iuxta hoc coniectura, quæ resultat ex Episcopi subscriptione, & ex lineis acceptationis alio atramento scriptis, & ex supra scriptione cæterarum linearum schedulæ, eas eodem atramento pingendo, vt dissimilitudo non appareret, sufficit ad hoc, vt schedulæ fides non adhibeatur, cum hæc sint vitia intrinseca, & visibilia.*

149 Sed controuersia est in coniecturis ab extra, de quibus proximè dictum est: & quamuis diuersæ fuerunt opiniones, certior, communior, & verior est, sufficere in ciuilibus, ad hoc vt scripturæ fides admittatur, Bald. in l. scripturæ, num. 9. C. de fide instrument. & alij plures relati per Albenf. *consil. 99. num. 5. 7. & 8. lib. 1. Natta consil. 633. num. 9. Farinac. d. q. 152. n. 16. vbi affirmat hanc opinionem seruari in Curia Romana, Mascard. conclus. 740. num. 4. 5. & sequent. & dicit communem Baiard. ad Clarum in §. falsum, num. 268. Olasc. *decis. 107. n. 7. & consil. 7. n. 23. Ioseph. Ludouic. decis. Perusin. 19. num. 65. cum sequent. Sese decis. 118. num. 8. Intrigliol. decis. Sic l. 17. num. 22. Menoch. consil. 996. num. 3. 4. & sequentibus lib. 10. Ciriac. tom. 1. controuers. 62. num. 30. & controuers. 182. num. 51. Guazin. d. capit. 9. n. 9. in princip.**

- 150 Et quòd coniecturæ vehementes, & tendentes ad eundem finem probent falsitatem commissam, quando ciuilitèr causà tractatur, probat Veral. *decis.* 207. *part.* 1. & *decis.* 4. *part.* 2. Manent. *consil.* 9. *num.* 39 & 40. Morotio *responsio* 17. *num.* 2. vbi dicit, quòd hæc opinio in forensibus controuersijs recipitur, Peregrin. *consil.* 92. *n.* 25 & 26 *lib.* 1.
- 151 Quod efficacissima ratione comprobatur, quia probatio per testes est naturalis inducta de iure diuino, & gentium, *capit. in omni negotio, capit. licet vniuersis de testibus*, probatio autem, quæ fit per instrumentum, est artificiosa, & quodammodo miraculosa, quia creditur pelli mortuæ. Innocent. *in capit. cum P. tabellio, de fide instrument. num.* 1. & 2. Oldrad. *consil.* 75.
- 152 Et enim testibus de falso suspectis non creditur, *l. ob carmen, §. fin. ff. de testibus*; ergo fortius credi non debet scripturæ de falso suspectæ: ita notabiliter argumentatur Nata *consil.* 633. *num.* 13. *cum sequent.* Crauetà *consil.* 56. *num.* 21. Morot. *responsio* 17. *num.* 2. Peregrin. *consil.* 92. *num.* 25. *lib.* 1.
- 153 Quod absque dubitatione procedit, quando in ciuili causâ scriptura falsa non est declaranda, nec super falsitate aliquid expressè pronuntiandum, sed super principali negotio, nulla scripturæ mentione facta, tunc enim suspensiones etiam non visibiles sufficiunt, Crauetà *consil.* 56. *num.* 20. Albenf. *consil.* 99. *num.* 10. *versic. in 2. verò specie*, quia reprobatio instrumenti, ne detur ei fides, facilior est, quam vt arguatur falsum Salicet. *in l. in exercendis, C. de fide instrument. num.* 4. & 5. Socinus *consil.* 92. *num.* 1. *versic. Secundo ipse respondet lib.* 3. Crauet. *consil.* 56. *num.* 20.
- 154 Iuxta hoc reliquæ præsumptiones ab extra, quæ ponderatæ sunt pro dictæ schedulæ reprobatione, sufficientes sunt, vt ei non credatur, ex quo euanesceit monasterij præsentio, absque alijs fundamentis.
- 155 Monachus Episcopus effectus ad votorum obseruationem tenetur. *Capit. statutum 18. quæst. 1. exornatur, & quidquid acquirit ex fructibus Episcopatus, Ecclesiæ acquirit, & num.* 156.
- 157 Et quæsitæ aliunde, prout ex sua industria, aut legato sibi factæ.
- 158 Et non potest ea bona in præiudicium Ecclesiæ alienare, quæ ea reuendicare potest.
- 159 Quia Ecclesiæ eorum dominium statim acquirit.
- 160 Episcopus regularis potest bona acquisita administrare, sicut secularis.
- 161 Episcopus regularis de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis modicè, non verò in modicè donare potest.
- 162 *Cap. cum olim el 2. §. præterea de priuileg. exornatur.*
- 163 Cardinalis in Clement. 2. §. Sed & tales notabili 1. de vita & honestate Clericorum, explicatur & *num.* 164.
- 165 Idem Cardinalis in dict. *cap. cum olim num.* 2. *versic. Nota quòd id quod acquirit Episcopus, & num.* 5. *versic. Oppone 6. & versic. Oppone 7. de priuileg.*
- 166 Et in *cap. ceterum de donat.*
- 167 Et in *cap. fin. de peculio Clericorum, num.* 14 & 15. ponderatur pro prima opinione Ioan. Andree.
- 168 Zauarella docet Episcopum regularem posse modicè, non immodicè donare.
- 169 Rota per Ludouif. *decis.* 401. & 476. explicatur, vsque ad *num.* 176.
- 175 Episcopus regularis emens aliquam rem vti persona laica, eam Ecclesiæ non acquirit.
- 177 Maritus potest ultra decimam dotis partem arrhas promittere uxori eum in excendenti nobilitate, aut pulchritudine, numero 179.
- 180 Sed non in præiudicium liberorum alterius matrimonij.
- 181 Causa necessaria non potest appellari ea, in qua quis voluntariè incidit.
- 182 Episcopus ex causa remunerationis potest donare. *Cap. relatum 12. de testament. expenditur.*
- 183 Episcopus regularis non potest ex causa remunerationis donare.
- 184 Obsequia debita recipiens ad nihil obligatus remanet.
- 185 Rex militi, vel vassallo in suo officio se bene gerenti remunerans, dicitur ex lucratiua causa facere.
- 186 Donare prohibitus, vt propter benemerita possit, talia debent esse, quòd possit pro illis iudicialiter conueniri.
- 187 Donatio excessiua facta ab eo, qui donare non potest, annullatur in totum.
- 188 Donatio omnium bonorum presentium, & futurorum non valet, nec susinetur in presentibus.
- 189 Obsequia quæ donationem Episcopi validam efficiunt, debent esse circa Ecclesiam collata.
- 190 Episcopus ad opera pia non potest, nisi modicè donare, & *num.* 191.
- 192 Nauarrus, & alij Doctores dicentes Episcopum posse donare ad libitum, debent intelligi de moderatis donat. onibus.
- 193 *Capit. cum olim, §. præterea de priuileg. loquitur de donatione irreuocabili, & num.* 194.
- 195 Verbum Dederat importat translationem dominij.
- 196 Monasterium succedit regulari Episcopo.
- 197 Episcopi titulares qui sunt, & *num.* 198.
- 199 Episcopo titulari succedit Ecclesiæ Romana, & non monasterium, vbi fuit monachus.

- 200 Episcopo translato, priori Ecclesie in eius bonis præiudicium non fit, & n. 201.
- 202 Quibus Episcopus ad vitam fruitur. Barbof in l. diuortio in principio 2. part. n. 55. soluto matrimonio, expenditur.
- 203 Et Capitius decis. 200.
- 204 Religiosus de vno ad aliud Monasterium translatus, priori non præiudicat.
- 205 Nauar. consil. 15. tit. de regularibus in 1. editione, quod est 6. titulo de donatione, explicatur.
- 206 Episcopus regularis, dimisso Episcopatu, non reuincit in obedientiam sui prælati.
- 207 Et ideo religioni non acquirit.
- 208 Diuortio facto propter seuitiam viri, lucra non amittit uxor inculpa.
- 209 Nec beneficium succedendi ex auth. præterea, C. de vir & uxor, & n. 210.
- 211 Assensus Apostolicus in præiudicium tertij nihil operatur.
- 212 Episcopus post adeptum Episcopatum, frui non potest fructibus prioris, & n. 213. Rota per Farinac. decis. 475. num. 7. part. 2. in recent. expenditur.
- 214 Episcopus usufructuario ab aliquibus assimilatur, ab alijs vero usufruario.
- 215 Episcopus emens aliquid ex fructibus Episcopatus, dominium rei emptæ Ecclesie acquirit.
- 216 Episcopus immodicè de fructibus Episcopatus donare non potest.
- 217 Dispensationem obtinens fatetur actum, sine ea non valere.
- 218 Et assensum impetrans.
- 219 Capit. quia Ioannes 12. quæst. 5. explicatur ex mente Dominici, & Turrecremat. usque ad num. 222.
- 223 Episcopus emptæ ex fructibus Episcopatus alienare non potest.
- 224 Molina lib. 2. cap. 10. num. 32. & 33. explicatur.
- 225 Episcopus ut possit disponere de fructibus Episcopatus, requiritur quod sit sanus, & quod de mobilibus disponat, & quod sit aliquid modicum.
- 226 Molina de iustitia & iure tractat. 2. disputat. 142. num. 3. explicatur.
- 227 Et Zauarella in Clement. 2. §. Sed & tales de uita & honestate Clericorum.
- 228 Et Nauar. de redditibus Eccles. quæst. 1. monito 8. num. 2.
- 229 Et Rota decis. 772. num. 4. part. 1. diuersorum.
- 230 Et apud Ludouic. decis. 401. num. 7. & 8. & 476. de quibus etiam habes supra, num. 169.
- 231 Et Nauar. consil. 6. & 7. titulo de donatione in 2. edit.
- 232 Peritis in arte credendum est.
- 234 Infirmus, morte sequuta, dicitur in articulo mortis fuisse toto tempore infirmitatis.
- 235 Desperatus de salute, dicitur esse in articulo mortis.
- 236 Episcopus de Guadalaxara semper fuit desperatus de salute.
- 237 Infirmus ex qualibet agitudine, constitutus dicitur in periculo mortis.
- 238 Infirmitas usque ad mortem durare præsumitur, si ex ea infirmus decesserit.
- 239 Probatio specialis generali præualet.
- 240 Episcopus infirmus moderatè ad opera pia potest donare. Cap. ad hæc de testament. explicatur.
- 241 Monachus tempore mortis, non potest præiudicare portioni Canonice debite parochie. Cap. de his de sepulturis, explicatur.
- 242 L. 6. tit. 13. part. 1. expenditur.
- 243 L. alumnae §. si post apertas, ff. de adimend. legatis explicatur.
- 244 Queratio ab Abbatisa in fauorem administratoris in articulo mortis celebrata, Monasterio non præiudicat.
- 245 Ursillus ad Afflict. decis. 168. num. 5. versic. Quando talis, ponderatur.
- 246 Dispositio à proxime morituro fraudulenta præsumitur. Bald. consil. 332. num. 3. & 4. lib. 1. expenditur.
- 247 Episcopus in infirmitate constitutus non potest donare. Sarmiento de redditibus part. 4. cap. 4. n. 6. expenditur.
- 248 Legitimitas facta in articulo mortis suspecta præsumitur.
- 249 Ingressus religionem tempore mortis, substitutum non excludit.
- 250 Monasterium non succedit professo in articulo mortis.
- 251 Emancipatio facta à patre infirmo non ualet.
- 252 Permutatio beneficij pinguis, cum tenui facta ab agroto non tenet.
- 253 Agritudo non priuat Episcopum facultate disponendi de suis bonis.
- 254 Donatio Ecclesie facta, & ad opera pia, censetur causa mortis.
- 255 Molina lib. 2. cap. 9. num. 54. & capit. 10. num. 26. conciliatur.
- 256 Donationes ab Episcopis ægrotis factæ, semper transactione componuntur.
- 257 Molina explicatur, ut non repugnet capit. cum olim el. 2. §. præterea de priuileg.
- 258 Cap. ad hæc de testament. explicatur.
- 259 Donationes ab Episcopis ægrotis factæ, suspectæ iudicantur in foro interno, & num. 260.
- 261 Donatio omnium honorum suspecta est.
- 262 Et ingentis summa. Nauar. de redditibus quæst. 1. monito 35. ad finem, expenditur.
- 263 Et Ioan. Andreas Georgius alleg. 22. n. 20.

- 264 *Motus proprius Pij V. super donationibus ab Episcopis egrotis factis recensetur.*
- 265 *Et huic casui applicatur.*
- 266 *Rescribens Princeps vni presidi, omnibus rescribere videtur.*
Bart. in l. relocatorum, § interdicere, num. 3. ff. de interdict. & relegatis exornatur, & num. 267.
- 268 *Et l. 41. tit. 4. lib. 3. Recopilat.*
- 269 *Subsidium impositum super redditibus Eccles. solui debet à laicis, etiam si illos ante impositionem subsidij possiderent.*
- 270 *Princeps si noua lege faciat delictum, quod antea non erat, pœna confiscationis pertinet Baroni ante legem iurisdictionem possidenti.*
- 271 *Rationem eandem si plures casus habeant, esse lex noua comprehendit, & n. 272.*
- 273 *Ecclesie Romanæ statuta omnes Ecclesie inferiores debent obseruare.*
- 274 *Legibus iuris communis utimur ad causarum decisionem, non in vim legis, sed naturalis rationis.*
Castillo tom. 5. capit. 89. num. 142. expenditur.
- 275 *Statutum extenditur etiam in odiosis, quando si non extenderetur, sequeretur absurdum.*
- 276 *Ecclesia fruitur fisci priuilegijs.*
- 277 *Legis dispositio non cessat eo quod in vniuersum eius ratio, & fundamentum non cesset, vsque ad num. 279.*
- 280 *Prohibitus donare, non censetur prohibitus contrahere, & num. 281.*
- 282 *Barbos. in capit. relatum el. 2. de testament. num. 8 explicatur.*
- 283 *Schedula Regia 3. Iunij anni 1620. explicatur, & num. 284.*
- 285 *Clausula, fiat iustitia, quid operetur, declaratur, & num. 286.*
- 287 *Princeps, si constat aliquid voluisse disporre ex clausula, fiat iustitia, disposuisse intelligitur.*
- 288 *Schedula, de qua supra num. 283. vsu recepta fuit, & num. 289.*
- 290 *Regula Cancellariæ de infirmis resignantibus recensetur.*
- 291 *Donationes ab Episcopis factæ in hac regula comprehenduntur.*
- 292 *Predictæ regulæ materia explicatur, vsque ad num. 295.*

Post num. 295. inuenies summaria quæ considerantur.

ARTICVLVS TERTIVS.

In quo probatur, quod quando donatio facta fuisse, monasterium obtinere non poterat.

In hoc articulo sex fundamenta ab Ecclesia proponuntur.

PRIMUM FVNDAMENTVM.

Quod D. Ioannes del Valle de bonis suis ad libitum disponere non potuit.

156 **Q**uod fundamentum comprobatur ex eo, quod regularis ad Episcopatum promotus ad votorum obseruantiam, vt antea remanet obligatus, cum non sit eorum obseruantia incompatibilis cum Episcopali dignitate, & ita cum secundum Episcopalem dignitatem debeat decenter sustentari, poterit ex fructibus Episcopatus necessaria ad alimenta expendere, quod quando in monasterio erat, facere non poterat, sed omne quod habuerit, & lucratus fuerit intuitu Episcopatus, Ecclesie, in qua est Episcopus, acquirit, vt probatur in cap. statutum 18. quest. 1. cap. cum olim el. 2. de priuileg. & ibi Innocent. num. 3. Bald. in authentic. licentiam, C. de Episcopis, & Clericis num. 3. vbi quod nulla dignitas liberat monachum à substantialibus regulæ, & est ratio, quia dignitas facit quem ascendere, sed liberari à substantialibus regulæ est descendere in deteriore statu, Rota decis. 705. num. 3. part. 1. diuersorum, Eman. Rodrig. tom. 3. regul. quest. 69. art. 4. ad finem, Molina de primogenijs lib. 2. cap. 10. num. 28. alter Molin. de iustitia disputat. 140. Sanchez in Summa Moral. tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 8. vbi resoluit, quod in hoc casu Cathedralis in monasterij locum subrogatur ad acquisitionem, Bartholomæus de Sanct. Faust. in Thesaur. Religio. lib. 6. quasi. 190. & lib. 8. quasi. 52. & quasi. 63. Castro in operibus moralibus tom. 1. tractat. 6. disputat. 2. punct. 9. num. 2. 3. & 4. pagina mihi 603. Tamborino de iure Abbat. tom. 2. disputat. 21. quasi. 17. Barbosa de Episcopo allegat. 114. num. 18. & 19. & in colleclanea ad dict. capit. statutum 18. quest. 1. num. 13. pag. 358. Suarez de Religione tom. 4. lib. 3. cap. 16. num. 29. pagina mihi 281. vbi probat, quod adquirens bona ab Episcopo regulari, tenetur ea Ecclesie restituere, quia Episcopus alienando peccauit contra iustitiam, Riccio decis. 340. num. 10. part. 4. Marta de successio legali part. 4. quest. 1. art. 4. num. 13. pag. 20. vbi ad longuam, Cruz de statu Religio. lib. 1. cap. 2. dubio 4. conclus. 2. folio 5. & ante eosdem probauit Thomas Doccius consil. 53. in princip. quamuis contrarium teneat Diana resolut. moral. part. 3. tractat. 2. resolut. 50. pagina mihi 66.

157 Quod ipsum procedit in quantum ad patrimonialia Episcopi bona, aut acquisita sua industria, seu ex legato, aut testamento alterius: nam ea Ecclesia acquirit vi Monasterium, si in eo fuisset, vt per Bald. in authentic. licentiam, C. de Episcopis, & Clericis num. 1. ad finem, ibi: Nisi sit administrator regularis, puta Abbas, Alexander Trentacinquium consil. 28. lib. 2. vbi de hereditate, in qua successit

monachus Episcopus effectus, quod adquiratur, Ecclesie, Bonacin. tom. 1. tractat. de clausura quest. 2. puncto 9. § 4. difficultat. 2. num. 16. pag. 895 Barbofa dict. allegat. 114. num. 20. & 28. Marta de iurisdiclio. 4. part. casu 20. num. 5. & sequent. vbi id extendit ad quaesita, per Episcopum regularem ex stipendijs, & salarijs Principum, Sanct. Faust. lib. 8. questio. 52. & quest. 63. qua conclusio probatur in d. cap. statutum 18. quest. 1.

158 Et si Episcopus, qui ita bona adquiret, ea in prauidicium adquisiti dominij Ecclesie alienat, non valet alienatio, & Ecclesia reuindicationem poterit intentare, vt probatur in cap. cum olim 2. de priuileg. vbi id notat Abbas in 6. & 7. notabili, & decifum fuit apud Capit. decif. 200. num. 4. usque ad finem, vbi fuit condemnatus possessor bonorum adquisitorum ab Episcopo, vt ea Ecclesie restitueret, idem tradit Genuensis in practicarum Ecclesie, quest. 264. num. 2. ad medium, & ex num. 1. hanc disputat quaestionem, & mouetur ex dict. cap. cum olim de priuileg. Thoro in compendio decif. part. 2. verbo, Bona empta per Episcopum pagin. 49. Pereira decif. 75. vbi ita fuit decifum.

159 Et conferunt generaliter tradita per Barbosam d. allegat. 114. num. 17. vbi quod dominium rerum emptarum per Praelatum remanet penes Ecclesiam, & non penes emptorem, Riccio in praxi fori Eccles. tom. 3. resolut. 433. num. 4. 5. & 6. vbi quod Ecclesia agit reuindicatione pro bonis ab Episcopo emptis, Pereira dict. decif. 75. vbi loquitur in eisdem terminis Bald. consil. 298. haec materia altioris est inquisitionis num. 1. lib. 1. vbi generaliter tradit, quod Episcopus regularis, siue emat nomine proprio, siue nomine Ecclesie, semper dominium Ecclesie acquirit, ex quo dominio pendet reuindicatio, vt citati Doctores resoluunt.

160 Nec obstat, si primo opponatur, quod quamuis in acquisitione bonorum sit differentia inter saecularem, & regularem Episcopum, non est in quantum ad eorum administrationem, cum aequales sint in ea, & de omnibus possit disponere pro libito voluntatis, vt post Cardin. Nauar. & alios tradunt Sanchez in summa tom. 2. lib. 6. capit. 6. num. 14. Barbofa dict. allegat. 114. num. 22. qui pro hac opinione plures alios Doctores adducit, Diana dict. resolut. 50. tom. 3. tractat. 2.

161 Cui satisfit, nam aut eorum opinio falsa est, aut intelligi debet, iuxta capit. cum olim el. 2. §. Praterea de priuileg. vbi probatur, regularem Episcopum virtute administrationis, sibi a iure concessae, posse modice donare, & ad opera pia, non autem immodice: & quia in illo casu donatio Monasterio facta fuerat immodica, & excessiua, reuocata fuit.

162 Quem textum sic intelligunt ordinarij ibi communiter, Andreas num. 8. ad finem, vbi intellectum Hostiensis reprobatur, qui dixit reuocationem donationis in illo casu fuisse, quia eam in infirmitate constitutus fecit, & verum sensum esse, eam ob excessum fuisse reuocatum, Abbas ibi n. 8. dicens: Octauo nota ex eodem verbo Episcopum non posse magnam donationem facere, etiam monasterio, de rebus Episcopatus, etiam si sit in pecunia numerata, quod tene menti, quod repetit idem Abbas num. 15. dicens hunc esse verum intellectum Butrius ibi numer. 23. vbi ipsum sequitur intellectum, & addit, quod licet quis habeat amplam administrationem, non potest donare, ex l. contra iuris, §. fin. ff. de pactis. Sed Praelatus potest aliqua donare, non magna, capit. 2. de donat. eundem intellectum sequitur Marian. Socin. ibi num. 47. & sequentibus. & num. 50. & 51. vbi relatis aliorum opinionibus residet in hac, Tapia in authentica ingressi super verbo sua cap. 6. num. 90. Portius consil. 104. num. 14. versic. Non obstat. Pereira decif. 75. Brito de locato 1. part. rubrica, §. 4. num. 15. versic. Quod vero diximus fol. 56. vbi in individuo refert, & sequitur decif. Pereira.

163 Hoc ipsum confirmaretur, si Cardinalis in cuius opinione fundantur Nauar. & caeteri Doctores, fuisset eiusdem opinionis, na quamuis in Clement. 2. §. Sed tales notab. 1. de vita & honestate Clericorum (vbi allegatur) probet Praelatum bonorum administrationem habentem posse donare, absque distinctione de modicis, aut immodicis donationibus.

164 Sed quando Zauarella de hoc puncto mentionem facit, hanc distinctionem in tribus locis sequitur.

165 Et primo, in dict. cap. cum olim num. 23. versic. Nota quod id, quod acquirit Episcopus, & num. 5. versic. Oppono sexto, & versiculo, Oppono septimo, vbi sequitur opinionem Ioannis Andreae, & in oppositione 8. vbi dicit Zauarella, quod Praelato permittitur modica donatio.

166 Secundo in capit. caterum de donat. n. 3. vbi sequitur intellectum Ioannis Andreae reprobans Hostiensem, & ad dicta in dict. cap. cum olim se remittit.

167 Tertio in cap. fin. de peculio Clericorum num. 14. & 15. omnino videndus.

168 Itaque Zauarella eandem sequitur opinionem, cum distinctione de modicis, aut immodicis donationibus, & ita Doctores, in quibus Monasterium fundatur, qui allegant Zauarella suam opinionem extendunt, & ampliant contra eius mentem, & contra textum in cap. cum olim 2. §. Praterea de priuileg.

169 Nec secundo obstat opponere decisiones Ludouic. 401. num. 7. & 476. quae inueniuntur apud Farinac. decif. 241. & 306. part. 2. in recent.

170 Nam ex dictis decisionibus, meo vi-

deri, Ecclesie iustitia confirmatur: nam in eis sequitur Rota doctrinas, in quibus nostra fundamenta iacimus.

171 Primo, nam donatio ab Vselēsi Episcopo in illo casu facta fuit cuiusdam domus, quæ res est parui momenti: nam si ea fuisset immensa, non sustineretur, vt supra n. 161.

172 Secundo, nam donatio fuit dotis causa, vt in dict. decis. 401. Ludouil. num. 2.

173 Tertio, nam Episcopus promiserat consobrinis dotare, quando eas asportauit ad Sardiniam insulam, ex qua promissione poterat conueniri, & patet ibi n. 3 & 4.

174 Quarto, nam Episcopus adquisierat domum ex parsimonia, vt patet ibi n. 6.

175 Quinto, quia Episcopus quando domum emit, non fuit prætextu eam adquirendi Ecclesie, nec sibi simpliciter, sed sibi vti personæ laicæ, vt ibi num. 10. vbi fuit dictum, quod in eo consistebat punctus difficultatis, quia Episcopus regularis adquirebat Ecclesie dominium rei emptæ, si simpliciter emeret, secus autem quando ex coniecturis contrarium constabat: itaque sufficiens coniectura fuit emere domum, vt secularis persona, & in hac forma has decisiones intelligunt Barbosa de Episcop. allegat. l. 14. num. 20. Argel. de acquirend. possess. quest. 3. art. 20. num. 1062. vsque ad 1067.

176 Sexto, quia in dict. decis. 401. num. 8. & decis. 476. per totam, communis distinctio; de qua agitur in secundo fundamento, amplectitur, quando Episcopus de ipsis fructibus Episcopatus in specie disponit, aut de re ipso ex eis empta.

177 Nec tertio obstabit dicere, Monasterium patrimonium Episcopi ex gratuita donatione non prætere, sed ex emptione, & patronatus dotatione, & sepultura à Monasterio Episcopo assignata.

178 Nam satisfit, quia in hac oppositione Monasterium veram schedulam præsupponit, quæ non est.

179 Cui additur, quod quamuis certo modo Monasterij respectu possit causa onerosa vocari ob dationem patronatus, & sepulturæ, Episcopi tamen respectu causa fuit voluntaria, quia in eam propria voluntate incidit, siquidem dictum patronatus, & sepulturam potuit non acquirere, vt in simili est resolutum in contrahente matrimonium cum muliere, quæ virum excedit in nobilitate, ætate, aut alijs qualitatibus: nam cum causa onerosa mulieris respectu reputetur, potest artharum promissio, aut dotatione decimam bonorum mariti partem excedere, vt tradit Ayora de partitionibus 1. part. cap. 7. num. 30. Zcuillos quest. 272. num. 26. qui allegant glossam in l. si voluntate, C. de dotis promissione.

180 Deinde dubitatur, an si talis maritus habens ex alio matrimonio filios, quibus solum in quinto præiudicare potest, matrimo-

nium contraheret cum muliere, quæ dicto modo excederet; eam posset in quantitate quinto est excedente dotare, & communis reclusio est hoc facere non posse, quia quamuis mulieris respectu causa onerosa sit propter mariti inæqualitatem, illius autem respectu lucratiua iudicatur, & voluntaria, cum ad tale matrimonium contrahendum nullo iure cogatur, vt in indiuiduo tradit Garcia de donatio. remunerat. num. 42. Gutierrez lib. 3. practicar. quest. 43. Zcuillos quest. 272. ex num. 5. vsque ad fin. & quest. 502. num. 9. Parlador. in sex quicent. differenti. 123. num. 11. vsque ad finem, Flores de Meha in additio. ad Gammam decis. 311. dict. 11. Sanchez de matrimonio lib. 6. disputat. 36. num. 14 & 15.

181 Et conferunt tradita per Moser. ad consuetud. Neapolitan. tom. 1. part. 3. tit. de success. ex testamento quest. 1. num. 56. vbi in terminis illius consuetudinis probatur, quod non dicitur causa necessaria ea, in quam quis incidit voluntarie. Ex quo excluditur, probatio à Monasterio in hac visionis instantia facta, circa valorem, & æstimationem patronatus, & sepulchri Sancti Benedicti: nam quomodo cumque æstimatio sit, cum non potuisset contrahere, nec bona Ecclesie adquisita alienare, frustra quaritur de valore sepulchri, & patronatus.

182 Quarto opponitur Episcopum hanc potuisse facere donationem ex causa remunerationis ob obsequia, & beneficia à Monasterio ei præstita, ex cap. velatum 12. de testament.

183 Sed primo satisfit ex eo quod Episcopus Religiosus proprio Monasterio donare non potest, etiam ex causa remunerationis in præiudicium Ecclesie, vt probatur ad litteram in capit. cum olim el. 2. §. Præterea de privileg. cum dictis supra ex num. 162.

184 Secundo, nam obsequia, & beneficia à Monasterio Episcopo præstita, quando ipse illius erat Religiosus, remuneratione digna non sunt, cum illi ob sua merita cederentur, vt ex pluribus tradit Tiraquel. in l. si unquam, C. de reuocandis donatio. verbo, Donatione largitus, num. 106. Camil. Borrel. tom. 3. tit. 9. de donat. inter num. 167. 168.

185 Et ex hoc donatio facta à Rege militi, vel vassallo, qui ei seruit in suo officio, dicitur ex causa lucratiua, & non onerosa, Cabedo decis. 36. num. 12. part. 2. & cum alijs Fapia decis. 6. num. 26. Regens constant in l. i. C. de filijs offic. lib. 12. num. 42. pag. 280. Georg. de feudis cap. 33. num. 3. & 4. pag. 199. Phabus decis. 184. num. 18. & 19. part. 2. vbi resoluit donationem Regis factam vassallo ob obsequiorum remunerationem esse gratuita.

186 Tertio, vt donatio facta ab illo, qui donare non potest (quia prohibitus est) valeat propter remunerationem, necessum est talia esse obsequia, vt ad ea petenda competat actio, vt tradit Tiraquel. in dict. l. si unquam verbo

donatione largitus num. 108. Decius conf. 201. num. 6. Pinel in l. 1. C. de bonis maternis part. 3. num. 59 Sanchez de matrim. lib. 6. disputat. 36. num. 4. Borrel in summa decif. part. 3. dict. tit. 9. num. 171. cum seqq. Ponte conf. 59. num. 22. lib. 1. Giurba ad statut. Messanens. cap. 1. glossa 10. num. 15. Castillo tom. 5. capit. 80. num. 37. vers. Sed nec quartum, & num. 38. & 39. Garc. de coniugal. acquestu num. 54. qui resoluit obsequia ab amico facta donationem remuneratorem non inducere, & ad hunc casum textus formalis est, cap. relatum de testament. ibi: *Iuxta seruitij merita*, vbi aduertit Barbof. in collectanea num. 7. & ex hoc dicitur remuneratorem donationes non ex obsequijs, ex quibus actio competat, prouenientes nullo modo à gratuitis differre, vt post plures probat Cabedo decif. 36. num. 6. part. 2. Surdus consil. 419. num. 12. volum. 3. Regens const. in l. 1. de filijs offic. alium lib. 12. num. 40. & in nostra specie aduertit Redoan. de spolijs quest. 17. num. 53.

187 Quarto, quando aliqua obsequia fuissent à Monasterio præstita remuneratione digna, eis adæquata esse debebat donatio, & non excessiua, prout est quam Monasterium præten dit de toto patrimonio Episcopi ad summam 1000j. ducatorum ascendente, atque ita reprobatur in totum, sine eo quod sustineatur in quantitate correspondenti ad obsequia & seruitia, vt tradit Anton. Gomez in l. 69. Tauri num. 2. vbi resoluit, quod quādo sit prohibita donatio ex omnibus bonis; in totum reuocatur quin possit conseruari in illis; de quibus fieri poterat, sequitur Gutier. de iuram. 1. p. c. 11 n. 3.

188 Et in terminis iuris communis, quod donatio omnium bonorum presentium, & futurorum, non sustineatur in presentibus, & sit nulla in totum, Bart. in l. fin. C. de pactis n. 16. & ibi Bald. dicit communem, Petra de fideicom. mis. quest. 4. post nu. 8. vers. Ad hoc fol. 21. col. 4. Pereira decif. 138. & plures decisiones refert Fontanel. de pact. tom. 1. clausula 4. glōf. 21. p. 1. num. 26. Cancer. lib. 1. variar. cap. 8. nu. 47. in 1. editione.

189 Et conducit doctrina Bald. in l. quæcumque, C. de bonis quæ liberis, vbi si fiat concessio ultra licitum, non valet etiam in eo, quod est licitum, Couar. lib. 2. variar. cap. 16. num. 5. Redoan. de rebus Ecclesiæ quest. 58. num. 31. Marf. lib. 2. cap. 25. num. 12. Denique hæc disputatio superflua est, nam obsequia, quæ validam Prælati donationem facere debent, Ecclesiæ fieri debent & non illi, vt probat Barbaeia in cap. si quis sanè de pecul. Clericorum num. 5. & in versic. *Debent tamen ista benemerita* addit quod in his terminis obsequia debent probari aliunde, quam per confessionem Prælati.

190 Nec quinto obstabit opponere hanc

donationem sustineri debere, vt factam ad opera pia ex Nauarr. Molin. Theolog. & alijs in contrarium citatis.

191 Quia hoc est petere principium, nam resolutio dependet ex Episcopi potestate an possit, vel non, disponere & DD. loquuntur in his terminis quando dispositio fit ad opera pia, tunc enim Episcopo laxiorem potestatem ad dispensandum concedunt, & donatio quæ reprobata fuit in dict. cap. cum olim el. 2. §. præterea de privilegio Monasterio fuit facta, & sic ad opus pium & cap. ad hæc. & cap. relatum, de testam. loquuntur in terminis donationis factæ ad pios vsus, & aliqua donatio moderata permittitur quod resoluit Tapia in authent. ingressi, verb. Sua, cap. 6. num. 90. pagin. 419. Henriquez in summa lib. 10. de sacris ordinibus cap. 33. num. 3. & 4. dicit quod regularis Episcopus vt possit de suis bonis ad opera pia disponere, eget Pontificis facultate, & vt eam obtineat, duo impedimeta debet remouere & referre: Primum esse Religiosum, secundum Episcopum, idem tradit Sanch. in summa tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 11. Barbof. d. allegat. 114. num. 24.

192 Nec sexto obstabit opponere, quod dict. §. præterea, non potest probare conclusionem ad quam ab Ecclesia allegatur; nam præsumi non potest Nauar. & Molin. & alios Doctores eam ignorasse quando determinant regularem Episcopum posse ad libitum de bonis suis disponere, quia hæc animaduersio inadaptabilis est: nam quādo concedatur, hos Authores hunc textum ignorasse, quod mirum non esset, debemus intelligere, eos fuisse loquutos de modicis donationibus, & non de excessiuis, vt nostra.

193 Nec septimo obstabit opponere dict. §. præterea loqui de reuocabili donatione, vt contrarium non sit caput quia Ioannes 12. q. 5. vbi permittitur Episcopo donatio per contractum inter viuos.

194 Nam respondetur cap. quia Ioannes non loqui de regulari Prælato, & particulariter ille textus intellectum habet, de quo in fundamento sequenti: & intellectus §. præterea diuinatorius est; nam de donatione reuocabili loquitur in qua interuenit traditio, & sic intelligit glossa ibi verbo, *Restitutionem*, dicens, quod qui nihil habet, nihil donare potest, quæ ratio non conueniret, si donatio reuocabilis fuisset.

195 Et verbum, *Dederat*, quo vtitur textus, est translationis dominij significatiuum, §. sic itaque discretis instit. de action. l. fin. de conditione causa data l. vbi autem, §. fin. ff. de verbor. obligat. Menoch. lib. 3. præsumpt. 34. num. 32. Giurba decif. 24. num. 19. Hostiensis in d. c. cum olim, qui sequitur intellectum, quem Monasterium dat. §. præterea, dicens ibi donationem non valuisse, quia fuit facta in articulo mortis, quod

quod est dicere esse renocabilem, est à Ioanne Andrea & cæteris Doctores reprobatus, vt supra dictum est.

196 Nec octauo obstat opponere sancti Benedicti Monasterium (seclera asserta donatione) ius habere ad succedendum in Episcopi bonis ab intestato, eo quod filius dicti Monasterij sit, & quia Episcopatu (quando decessit) iam renuntiauerat, debet Episcopus titularis adhuc effectum iudicari, cui Monasterium succedit, ex Soto *de iustitia lib. 10. quest. 5. art. 7. num. fin. Saa in summa, verbo, Religio, num. 52. Rodriguez tom. 3. regul. quest. 69. art. 4. ad finem*

197 Sed vt huic obiectioni satisfiat, debet animaduerti, quod in hac materia tres se se possunt offerre quæstiones diuersæ, ex quarum resolutione iustitia Ecclesiæ resultat.

198 Prima est in Episcopo titulari, de qua loquuntur Soto & DD. proximè citati, scilicet in illo, qui numquam, nec Episcopatum, nec illius redditus habuit, quia est in partibus infidelium, vt Episcopus Viterriæ, Troiæ, & Syriæ, & alij, quos Pontifex solum ad honorem creat, aut ad hoc vt sint coadiutores Prælatorum, qui magnis fruuntur Episcopatibus, in quibus erat habitandi ratio: nam cum Ecclesiam non haberent, cui acquirere possent, videbatur, sua bona reddite ad Monasterium debere, quia succedendi ius non amiserat, & ipsi non habent Ecclesiam, quæ in Monasterij locum subrogetur, quo Sotus & cæteri Doctores moti in Monasterij fauorem hunc casum deciderunt.

199 Sed in his terminis communis opinio est in contrarium. Nam cum Religiosus per promotionem ad Episcopatum sit liber à Prælatorum obedientia, eo ipso fuit extinctum ius successionis Monasterij, & cum Cathedrali Ecclesiam propriam non habeat, quæ ei succedat, Ecclesia Romana succedit, quæ est certior opinio contra Sotum, & cæteros Azor *instit. moral. lib. 12. cap. 10. vers. Septimò queritur, ad finem pagin. mihi 1207. Sanchez in summa lib. 7. capit. 32. num. 68. Bonacin. tom. 1. in tractatu de clausura quest. 2. puncto 9. §. 4. difficultate 2. num. 16. ad finem pagin. 895. Sancto Fausto in Thesaur. Relig. lib. 8. cap. 53. pag. 623. Layman lib. 4. Theolog. moral. de statu Relig. tractat. 5. cap. 7. num. 18. pag. mihi 155. Barbosa de Episcop. allegat. 114. num. 30. & 31. in collect. ad cap. statutum 18. quest. 1. num. 195. & si talis Episcopus titularis fuerit sæcularis, poterit de suis bonis disponere, cum nullam administrationem habuerit, vt tradit Thomas Doecius *conf. 53. num. 2. Riccius in praxi variar. resolut. part. 4. resolut. 434. & antea resolut. 433. probat beneficia promoti ad Episcopatum titulari non vacare.**

200 Iuxta quod, Monasterium nullum ius succedendi haberet, sed Ecclesia Romana, quæ

do fr. Ioannes del Valle Episcopus titularis fuisset: sed cum ita non sit, superflua est huius quæstionis disputatio.

201 Secunda quæstio est, quando Episcopus habuit Ecclesiam, & ei autoritate Apostolica renuntiat, & de bonis in Episcopatu adquisitis dubitatur: quo casu est communis resolutio, quod cum Ecclesia habeat bonorum dominium ex tempore acquisitionis, ei renuntiatio præiudicare non potest, nec plus iuris quam habebat tradere, nam semper præsumitur, quod quando Princeps aliquod concedit priuilegium, tertio præiudicare non intendit, l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, cum vulgaribus, & ita probatur in cap. manifesta 12. quest. 1. ibi: Si Episcopo contigerit inopinatus transitus, res Ecclesiæ nullo modo possunt minui, aut perire, cap. si quis iam translatus 12. q. 1. & post plures alios concludit Barbosa in l. diuortio in principio, 2. part. ex num. 52. vsque ad 55. ff. solut. matrim. vbi dicit, quod sicuti est certum, quod in casu mortis naturalis bona Episcopi in dominio Ecclesiæ conseruantur, ita etiam conseruari debent quædo vacat Episcopatus per renuntiationem, nam promotio in primæ Ecclesiæ præiudicium esse non potest, capit. in apibus, §. Ecclesiæ 7. quest. 1. ibi: Translatus enim de vna ciuitate ad aliam desinit esse Episcopus illius ciuitatis, à qua transfertur, atque idè qui huic succedit, non viuenti, sed defuncto quodammodo Episcopo probatur substitui, quod etiam tradit Barbosa *allegatione 114. num. 16.*

202 Et quamuis practica introduxerit translationem nullum protinus effectum operati in dimissæ Ecclesiæ fauorem, eo quod Episcopus fruatur redditibus adquisitis illius intuitu, hoc tamen limitatè procedit, scilicet dum vixerit, penes Ecclesiam primam dominio bonorum remanente, vt dictis bonis Ecclesia post mortem naturalem Episcopi translata fruatur, Barbosa *in d. l. diuortio in princip. 2. part. num. 55. ibi: Quamuis quia translatus, vel renuntians, non debet esse melioris conditionis, quam si semper resideret in primo Episcopatu, vel beneficio: sed si semper resideret, illa res eo mortuo, sine dubio pertinerent ad Ecclesiam: ergo idem à fortiori in translato, siue renuntiante recipiendum est, cum hoc casu consuetudo, de qua supra, nihil induxerit aduersus iuris Canonici rationem, idè dixit Seraphin. decis. 594. num. 20. & 21. vbi probat Episcopi factum circa translationem suorum bonorum non posse Ecclesiæ præiudicare in dominio eorum.*

203 Et est in nostris terminis decis. 200. Capicij, de qua supra nu. 158. quæ loquitur in Episcopo renuntiante, & omnia in his duabus quæstionibus decisa reassumit, & sic explicat post huius causæ decisionem D. Solorcan. *de Iure Indiar. lib. 3. cap. 11. num. 87. cum seqq. legendus ex num. 83. pagin. 746. & 747. quæ*

dis de Episcopo titulari, & renuntiante promiscue loquatur.

204 Quod confirmatur, nam translatio Religiosi ad aliam Religionem non est in præ iudicium honorum, quæ prima Religionem erant acquisita. Rodrig. tom. 3. regul. quest. 5. artic. 5. Sanchez in summa lib. 7. cap. 32. nu. 8. Bonacina. tom. 1. tractat. de clausur. quest. 2. puncto 9. §. 4. difficultate 2. nu. 2. pag. 892. Diana tom. 3. resol. mor. tit. de dubijs regularium resolut. 114. D. Præses Valençuel. cons. 190. ex num. 14. volum. 2. legendus ex n. 3.

205 Contra hoc non potest opponi consilium s. Navar. sub titul. de reg. in 1. editione. & in 2. consil. 6. titul. de donat. nam quamvis casus Navarrae fuerit in Episcopo Cuzquensi, qui renuntiaverat Episcopatu, ex eo non potest deduci, quod ad decisionem aliquod renuntiationis præstaret fundamentum, imò potius ipse animadvertens dictam renuntiationem Episcopum non constituere in differenti statu, in quantum ad capacitatem, vel incapacitatem disponendi. Respondit, quod iure communi attentio, non valebat dispositio, & in illo casu Episcopi Cuzquensis dispositio sustineri debebat: quia decessit in Curia Romana, attenta facultate amplissima disponendi in vita, & in morte concessa per Sixtum V. Leonem X. & alios Summos Pontifices omnibus Prælati, & Beneficiarijs secularibus, & regularibus, qui Romæ, & in Curia Apostolica morarentur, quorum de numero fuit præfatus Episcopus Cuzquensis.

206 Tertia questio est de acquisitis à regulari Episcopo post dimissum Episcopatum: & in his terminis nullum ius in spolio habet Monasterium: nam adquisitio Religionis fundatur in subiectione, & obedientia, quæ Prælati debetur ex ratione authent. ingressi, C. de Sacrosanct. Eccles. quæ cessat, quia per assumptionem ad Episcopatum Monachus liberatur à iugo, & obedientia Religionis, & Episcopus post renuntiationem non est subiectus Monasterio, nec illius regulæ, Navar. consil. 6. nu. 11. 12. & 13. tit. de donat. in 2. editione, Saa in summa verbo, Episcopus num. 11. Sanchez in summa lib. 6. cap. 6. num. 29. Barbof. de Episcop. tit. 1. cap. 4. num. 18. pag. 39. Sancto Faust. in Thesaur. Relig. lib. 6. q. 202. pag. 535. Layman d. tract. 5. de statu Relig. cap. 5. n. 9. ad medium, ubi hoc extendit ad Episcopum depositum absque degradatione. Cenedo de paupertate Religiosa dubio 48. num. 7.

207 Et supposito quod per renuntiationem regularis Episcopus non fit melioris conditionis, in quantum ad acquisitionem, & honorum dispositionem, certum est, in acquisitis post renuntiationem ipsum ius Ecclesiam Cathedrali habere, quod haberet, si essent ante renuntiationem acquisita. Tum, nam renuntiationem debet intelligi sine præiudicio Ecclesie, ut su-

præ num. 201. Tum, nam in his terminis sic resoluit Capicius dict. de cis. 200.

208 Ac denique, quia in simili idem est in matrimonio carnali resolutum: nam cum fit separatio absque culpa alterius conjugis, in sui favorem durat matrimonium, effectus illius, & lucrorum ratio, Gomez de Leon allegat. 1. n. 12. Marienço in l. 2. tit. 9. lib. 5. glos. 1. nu. 48. Gutier. de iurament. 1. part. cap. 1. n. 6. & lib. 1. Canonic. c. 24. n. 14. Garcia de coniug. acquæst. n. 163. & cum alijs pluribus Giurba ad fatura Messanen. c. 1. n. 61.

209 Et in successione ab intestato, ex authent. præterea, C. unde vir & uxor, hoc ipsum resoluit Mangil. de imput. quest. 188. pag. mihi 724.

210 Contra quod allegatur Barbof. in rubrica. soluto matrimonio 2. part. num. 56. qui eandem opinionem, quam Doctores prædicti sequitur num. 49. & 50. & disputans num. 56. questionem authenticæ præterea decidit in conjugis favorem, qui separationi causam non dedit.

211 Quod huic casui non adaptatur, nam Ecclesia non dedit occasionem, ut eam Episcopus relinqueret Episcopatu renuntians: & quamvis ad renuntiationem assensus Apostolicus intervenit, hoc deseruiet, ut licite fiat renuntiationem, sed non ut iuri Ecclesie præiudicet, ut ex Barbofa, & alijs diximus dict. num. 201.

212 Contra hoc, Monasterium allegat Farinac. decij. 475. num. 7. part. 2. in recentioribus, in qua nec vllum verbum de hac questione, & solum asserit Episcopum de vno ad alium Episcopatum translatum non posse frui bonis, nec redditibus primi Episcopatus, quod nihil ad rem.

213 Nec in hac causa de hac questione agitur: nam Episcopus bona acquisita, iam habebat tempore renuntiationis, ut supra probatum est.

SECUNDVM FVNDAMENTVM.

In quo proponitur, quod quamvis fr. Iohannes del Valle regularis non fuisset, donatio non subsisteret.

214 **Q**uod in hoc asseritur fundamento, solum deseruiet præcedentis cōprobationi: nam præsupposito quod Episcopus fuisset secularis, adhuc spoliū pertineret ad Ecclesiam: & ad maiorem huius casus claritatem animadvertitur, tres posse questiones considerari. Prima circa dominium, quod habent Episcopi fructuum Episcopatus: nam ab alijs Doctoribus Episcopi usufructuarij assimilantur libera eis dispositione eorū permiffa, ut per Barbof. de Episcop. allegation. 114. num. 4. & 22. Bonacina tom. 1. tractat. 10. de fructibus beneficiorum disputat. 4. punct. 1.

num. 5. pagin. 1080. Vazquez de redditibus Eccles. cap. 1. § 2. dubio 1. ex num. 16. pagin. 566. ab alijs verò Doctoribus assimilantur vitijs, vt dictis fructibus vti possint solum ad congruam sustentationem, reliquo reseruato ad pauperum sustentationem, iuxta glossam capituli presentis de officio ordinarij lib. 6. & hæc fuit disputatio Sarmient. & Navar. quam latè refert Azeuedo in l. fin. tit. 8. lib. 5. Recop. Zeuallos quest. 388. & Comitulus respons. morali 70. latè fundat esse vsuarios, & fructus Episcopatum non posse donare, & sic donatarios debere eos Ecclesie restituere, & Hieron. Maina in respons. de spolijs, seu de fructibus num. 33. & 34. pag. 652 hanc refert opinionem, & Doctores à Monasterio citati loquuntur in illis terminis, qui huic causæ adaptari non possunt: nam fuit facta donatio de bonis & effectibus ab Episcopo ex redditibus Episcopatus acquisitis, & non ex Indiarum tritico (vulgo maiz) & alijs fructibus in specie à dicto Episcopatu proventis.

215 Secunda quæstio loquitur in nostro casu, quando Episcopus ex fructibus ab Episcopatu perceptis emit, & acquirit aliqua bona immobilia, aut alterius cuiuscumque qualitatis: tunc enim dominium horum bonorum Ecclesie ipso iure irrevocabiliter acquiritur, & tunc ea in eius præiudicium Prælati non potest donare, vel alienare, etiam ad opera pia: nam hoc acquisitio irrevocabilis dominij facta Ecclesie operata fuit, vt in indiuiduo probat glossa in cap. 1. de testamentis, & in capitulo inquirendum, de peculio Clericorum, verbo, Comparauit, gloss. in l. si vt proponis, C. de rei vindicatione, verbo, Non negauit, Abbas num. 1. & 5. in dict. cap. inquirendum de peculio Clericorum, & in cap. fin. num. 5. versic. Nam quem ad modum, eodem tit. & in cap. relatum el. 2. num. 3. de testament. & consil. 94. in principio, versic. Si verò dictum Palatium lib. 2. idem tradit Barbacia in cap. ceterum, de donat. num. 3. & in dict. cap. inquirendum, de peculio Clericorum num. 4. & consil. 39. num. 6. lib. 4. Bellamiera in cap. cum venerabilis, de except. num. 50. ad finem num. 51. 59. & 60. summa Angel. verbo, Emptio. §. 12. pag. mihi 405 Sarmient. de redditibus Eccles. part. 3. cap. 2. in princip. & per totum, Redoat. de spolijs q. 3. §. sed in contrarium num. 26. versic. Unde deducta portione, & num. 30. & 31. & sequent. vbi hoc latè explicat Couar. in cap. 1. de testament. num. 5. & in cap. cum in officijs num. 6. eod. tit. Rota per Seraphin. decis. 594. num. 9. vbi residet in hac opinione, Bellet. disquisit. Clerical. §. 2. num. 3. Viuis opinione 101. num. 5. Riccio in praxi tom. 3. resolut. 433. nu. 4. & sequentib. Barbot. in collectan. ad cap. cum in officijs de testament. num. 9. & de Episcop. allegat. 114. num. 17. Vazquez in opuscul. tit. de reddit. Eccles. cap. 1. §. 3. dubio 1. præcipue num. 60. versic. In hac re sufficiat dicere pag. mihi 58.

216 Tertia quæstio est in terminis primæ, an Episcopus, iam quod potest fructus Episcopatus donare, hoc poterit excessitè facere, & in hoc est verior opinio non posse, vt probatur in cap. cum olim el. 2. §. præterea, de privilegijs. cap. ad hæc, de testamentis, cum dictis supra ex n. 161. & est ad hoc solemne consilium Portij 104. per totum.

217 Contra hoc opponit Monasterium, cap. quia Ioannes 12. quest. 5. quod est in Ecclesie fauorem: nam vt donatio ab Episcopo Ravenatensi facta valeret, necessaria fuit Apostolica confirmatio, ex quo recognoscitur alias non valere, vt probat Paulus in l. decem, de verbor. obligat. num. 4. versic. Item an ille, vbi quod impetrans legitimationem fatetur se esse illegitimum, Surd. consil. 452. num. 11. & 12. lib. 4.

218 Et impetrans assensum ad alienandam rem feudalem censetur confiteri qualitatem feudalitatis, Menochi. consil. 395. num. 65. lib. 4. Vincent. de Anna allegat. 11. sub num. 14.

219 Quem intellectum confirmat Dominicus. in d. cap. quia Ioannes 12. q. 5. nu. 1. vbi duas conclusiones in Ecclesie fauorem adducit, vna est, quod Episcopus potest moderatè donare: altera, quod hoc fieri debet auctoritate Apostolica.

220 Turrecremata in d. cap. quia Ioannes num. 2. triplici modo textum intellexit, duplici in Ecclesie fauorem, ibi: Fuisse petitam Apostolicam confirmationem forte ad cautelam, qui intellectus diuinatorius est, & contra textus dispositionem.

221 Secundus intellectus est, quod fuit Apostolica confirmatio petita, nam erat maioris quantitatis donatio quam eius, quæ Episcopo permittitur: quod idem est, quod supra resolutum fuit ex num. 161. per dict. cap. cum olim el. 2. §. præterea de privilegijs.

222 Tertius intellectus Cardinalis Turrecrematae est i. deo ibi confirmationem Apostolicam fuisse obtentam, quia Episcopus donauerat bona immobilia Ecclesie sine consensu Clericorum, quod resolutum est à glossa in dict. capitulo inquirendum, de peculio Clericorum, & sic caput quia Ioannes, conuenit fundamentis Ecclesie.

223 Secundò opponitur resolutio Iulij Clari, §. testamentum quest. 27. num. 8. versic. Quarto videndum est, vbi nullam huius puncti resolutionem adducit, sed solum loquitur de fructuum distributione, quos Episcopus ex suo Episcopatu percipit, & ipse disputans n. 6. versic. Tertio dixi quæstionem, quando emit Episcopus ex Episcopatus fructibus, dicit omnia Ecclesie adquisisse, & sic taliter à se emptam alienare non posse.

224 Tertio allegatur Molina lib. 2. cap. 10. nu. 32. & 33. vbi loquitur quando Episcopus dif-

disponit de fructibus Episcopatus, & non de bonis ex eis emptis, & in fructibus opinionem supra relocatorum Doctorum num. 214. sequitur quod in vita æquiparetur usufructuario.

225 Quartò allegatur Couar. in cap. cum in officijs de testament. num. 5. ubi dicit solum quòd si Episcopus sanus est, potest aliquid de bonis mouilibus expendere in pios vsus: itaque tria requiruntur, quòd sit sanus, quòd de mouilibus disponat, & quòd sit aliquid modicum.

226 Quintò allegatur Molina Theolog. de iustitia & iure tractatu 2. disputat. 148. nu. 3. qui loquitur in terminis de alienatione fructuum Episcopatus, de qua etiam erat loquutus in disputationibus supra relatis.

227 Sextò allegatur Zauarella in Clemet. 2. §. sed & tales, de vita & honestate Clericorum notabil. 1. cui supra satisfactum est num. 163. & seqq.

228 Septimò citatur Nauar. de reddit. Eccles. quest. 1. monito 8. num. 2. qui loquitur de fructibus Episcopatus, & non de bonis immouilibus ex eis emptis.

229 Octauò allegatur Rota decis. 772. nu. 4. part. 1. diuersorum, quæ nil in Monasterij fauorem decidit, nam solum de libero vsu, quæ regulares habent in fructibus suorum beneficiorum loquitur, & non de bonis immouilibus quæ cum eis acquiruntur.

230 Nonò adducuntur decis. 401. num. 7. & 8. & 476. in princip. Ludouij, quæ ponderatæ, in Ecclesiæ fauorem sunt, vt supra ex nu. 169. nam supra relata in distinctionem amplectuntur, vt Episcopus regularis possit in vita ex administratione à iure concessa disponere de fructibus Episcopatus: sed quando ex eis aliqua bona emit, cum dominium eorum Ecclesiæ adquiratur, ea in præiudicium huius dominij non potest alienare: & contraria resolutio in illis decisionibus sequuta fuit, quia acquisitionem ab initio fecit Episcopus Vselensis pro se vti persona laica. Vnde idem iudicium debet fieri de domo taliter empta ab Episcopo, quòd de fructibus Episcopatus inconsumptis.

231 Denique citatur Nauarrus consil. 6. & 7. tit. de donat. in 2. edit. & præter responsionem datam supra num. 205. nihil in eis à Navarro circa nostrum casum proponitur, nec satisfactis distinctionibus ab Ecclesia allegatis.

TERTIVM FVNDAMENTVM.

Quòd dicta donatio nulla debet iudicari, quia fuit tempore prohibitio facta.

232 **E**X peritorum depositionibus constat Episcopum tempore dictæ donationis fuisse ægrotum, & in euidenti mortis

periculo constitutum, & sic prædicta donatio nulla fuit.

233 Primò, nam probatio super hoc facta concludens est, peritis enim in arte credendum est, l. semel, C. de re militari lib. 12. Bart. in l. quæ situm num. 2. vers. Sed qualiter in l. contumacia, §. poenam, ff. de re iudicat. Andr. Georg. allegat. 22. num. 19. Turretus consil. 15. num. 4. vers. Accedat medicorum assertio, Ripa de actis in articulo mortis cap. 61. num. 1. vers. Primò igitur medicis standum est, & in hoc casu non solum sunt plures periti, sed plurimi testes de ipsa infirmitate deponentes, qui quamuis aliquam parerentur exceptionem, eam probarent, Mascard. conclus. 897. n. 14.

234 Secundò in hac materia duæ sunt diuersæ quæstiones. Prima, quando infirmus dicitur in articulo mortis constitutus. Secunda, quando solum ægrotare dicitur. In prima duæ fuerunt diuersæ opinioniones, vna quòd morte sequuta, toto ægritudinis tempore dicitur infirmum in articulo mortis fuisse constitutum, Bald. in cap. 1. de pactis num. 11. Georgius allegat. 22. n. 18. Giurba ad consuetudines Messanens. cap. 2. gloss. 4. n. 3.

235 Altera, quòd ad dictum effectum requiritur, quòd in tali statu semper fuerit defunctus, quòd de salute fuerit desperatus, vt post alios tradit Giurba d. gl. 4. n. 5.

236 Et si, vt hæc irritaretur donatio, fuisset necessum quòd Episcopus in articulo mortis esset, hoc satis est ab Ecclesia probatum, & testes concludunt periculum, & gravitatem infirmitatis, quòd morte Episcopi sequuta cõ probatur, taliter quòd rectè affirmari possit, quòd erat desperatus de salute, vt explicat Baldo, Polidor. Ripa de actis in articulo mortis c. 1. num. 8. & 15. Giurba dict. gloss. 4. nu. 6. & per totam, & in hoc casu dicit Mausonius de causis executiuis lib. 1. limitat. 1. nu. 5. pag. 323. quod qui decedit ex ægritudine, quam habet absque sanis interuallis, omni ægritudinis tempore fuisse in articulo mortis præsumitur, & Episcopus nunquam conualuit, quousque decessit, quod ita asserit Coekier ad Regia Chancellaria de infirmis num. 29. 30. & 31. pag. 219. dum ait præsumi aliquem decessisse ex infirmitate, quam habebat, si non probatur aliam deterioris conditionis ægritudinem superuenisse.

237 In secunda quæstione est communis omnium resolutio, quamlibet ægritudinem constitueret infirmum in periculo mortis, l. mortis causa 12. cum tribus leg. seqq. ff. de donat. causa mortis, Rebus. in praxi benefic. super Reg. Chancellaria de infirmis gloss. 2. num. 5. pag. 254. ubi dicit, quòd quælibet brevis febricula, vel quartana vetus, seu gravis sufficit, vt quis dicatur in infirmitate constitutus, & num. 6. ubi id extendit etiam si febris sit continens, siue intermittens, siue interpolata, & num. 8. ampliat

ad reincidentem, quia adhuc dicitur infirmus, Mandosol super Reg. 19. *Chancery* quæst. 5. num. 8. ubi dicit infirmum cum esse, cum infirmitas impedimento est ad agendam aliquam actionem, Giurba ad consuet. *Messanens.* cap. 2. gloss. 5. num. 2. & 3. & per totam, Azor institutionum moralium part. 2. lib. 7. capit. 28. vers. *Dubitat aliquis amplius*, ubi idē dicitur in habente podagram, aut aliam quamlibet infirmitatem, quamvis non habeat febrem.

238 Contrahoc non obtinuit Monasterij probata, quia, ut dictum est, ex ea colligitur Episcopum fuisse infirmum, & quando ægritudinis principium datur, eam continuatam vsque ad mortem Episcopi fuisse præsumitur, Abbas in cap. cum inter de electione num. 7. *Alexand. in l. furioso num. 3. ad finem, C. qui testamentum facere possunt, Mascard. conclus. 897. num. 1. Decian. responso 14. num. 35. volum. 3. & exitus mortis Episcopi arguit fuisse infirmitatem continuatam vsque ad eam, quod idem probat Purpuratus in l. quacumque num. 539. vers. Et addit. ff. de officio eius.*

239 Et quando Monasterij testes de salute Episcopi generaliter deponerent, Ecclesiæ probatio præferri debebat, ut specialis: ex qua in individuo resultat probatio mortis, & illius qualitatis, Rota decis. 441. num. 4. part. 1. *diuersorum*, Seraphin decis. 1380 num. 2.

240 Ex quo sequitur. Primò dictam donationem non valuisse, iuxta caput ad hæc de testamentis, quod duo disponit. Primum Episcopum testari non posse, secundum, quòd quando est infirmus, moderatè ad opera pia donare potest, & de hoc est etiam glossa solemnissima in cap. presenti de officio ordinarij in 6. ubi quòd Prælati in infirmitate æquiparatur vsuario, Redoan. de spolijs q. 3. §. stantibus istis repugnantijs n. 9. pag. mihi 107.

241 Secundò, ex cap. de his, de sepulturis, ubi quòd ingressus Religionem tempore mortis non præiudicat portioni Canonice debite Parochiæ: & textus explicans qualis articulus mortis dicatur, ait: *Dum modò de ægritudine illa decedat*, quòd sic explicat *Alexand. conf. 81. n. 3. vol. 1.* ubi dicit huiusmodi translationem esse causa mortis, quando infirmi transferunt se ad loca Religiosa cum bonis suis, & ex illa infirmitate decedunt.

242 Quibus concordat l. 6. tit. 13. part. 1. ubi in eisdem terminis cap. de his sepulturis, dicitur translationem bonorum dici factam in articulo mortis, quando æger ex illa ægritudine decedit.

243 Tertio hoc ipsum confirmatur per l. alumne, §. si post appetas, ff. de adimendis legatis, ubi asseruit testator, quoniam cognoui Priscilianum filium meum in extremis esse, & ad hoc verificandum dicit textus: *Si ex illa infirmitate Priscilianus decessit*, & ex hoc textu, Bald. in c. 1. de pactis supra relatus n. 234. resoluit, ex ali-

qua infirmitate decedentem dici omni tempore quo durat, esse in articulo mortis.

244 Quarto hoc etiam confirmat Afflictis decis. 168. loquendo de quadam quitatione data procuratori Monasterij ab Abbatisa tempore infirmitatis, & pro vtraque parte puto disceptato, refert resoluisse Senatam, Monasterio nullum atulisse præiudiciū, eo quòd quitatio fuit ab Abbatisa facta tempore infirmitatis ex qua decessit, Laurent. decis. *Auenionens.* 117. Grat. except. 25. num. 74. & 76. Costa de retrotractione cap. 8. casu 19. num. 15. pag. 146. Ripa de actis in articulo mortis capit. 49. Amato lib. 1. variar. cap. 29. num. 1. & per totum, Riccius decis. 164. num. 3. & 4. part. 4. & 4. part. variar. resolutio. 368. 369. pag. 262. Arctinus de solut. cap. 6. num. 53. & sequentibus. pagin. 43.

245 Et ad hunc casum debet ponderari additio Vrsil. ad Afflict. dict. decis. 168. num. 5. vers. *Quando talis confessio* dicens, quòd Prælati, qui habet administrationem, æquiparatur in morte vsuario, ex gloss. in cap. presenti de officio ordinarij in 6.

246 Quintò magis in terminis Bald. consil. 332. num. 3. & 4. lib. 1. ubi de vxore habente facultatem alienandi pro suo beneplacito, quòd præsumatur fraus, si alienatio fiat tempore, quo mortis erat propinqua Rulm. consil. 163. num. 4. lib. 3. qui loquitur in eisdem terminis, Georg. allegat. 22. post num. 12. vsquæ ad 19. ubi latè probat in terminis Constitut. Neapolit. quæ reseruat agnatis certa bona, nisi alienentur ab agnato in vita, alienationem fuisse fraudulentam ex hoc quòd facta fuerit per ægrotum in extremis laborantem, quòd alijs similibus comprobat Sperellus decis. 73. num. 20. & 21. & sequent. ubi ex Ancharran. consil. 430. vers. *In contrarium*, probat dispositionem factam ab ægrotò non valere in præiudicium illius, ad quem bona, non facta illa dispositione, pertinerent.

247 Denique in terminis hunc punctum resoluit in Ecclesiæ fauorem Sarmient. de reddit. Eccles. part. 4. cap. 4. num. 6. ubi reprobat donationes ab Episcopis ægrotis factas in infirmitate, ex qua moriuntur: nam in fraudem fuisse factas præsumitur ob præsumptionem legis si filia, ff. de diuortijs, l. filie mee, ff. soluto matrimonio, quibus probatur præsumi fraude illum misisse repudium vxori mortis tempore, qui viuens mittere potuit, Decius in cap. in presentia, de probat. num. 56. Tapia in authent. ingressi, verbo sua cap. 6. nu. 91. ubi idem quòd Sarmient. refert Riccius decis. 164. num. 3. p. 4. ubi in nostra specie dicit, quòd Prælati infirmus vsuario æquiparatur, ut nullum actum Ecclesiæ præiudiciale possit facere.

248 Quòd comprobatur ex alijs similibus, nam legitimatio facta in articulo mortis præsumitur in fraudem substituti, & idè non valet,

Iet, Menoch. *lib. 4. præsumpt. 83. num. 78.* & *lib. 6. præsumpt. 8. Fusarius de substitut. q. 308. num. 175.*

249 Et ingrediens Religionem tempore mortis, cum antea potuerit ingredi, non excludit substitutum, Menoch. *præsumption. 83. num. 76.*

250 Et Monasterium non succedit professo in articulo mortis, Riccio *in praxi tom. 2. re solut. 493. n. 10. ad finem.*

251 Et emancipatio facta à patre tempore infirmitatis, fraudulenta præsumitur, vt ab hæreditate filiam excludat, Ancharran. *confil. 430.*

252 Et permutatio beneficij pinguis cum tenui facta ab ægrotò sene valetudinario non valet, Oldrad. *conf. 324. n. 6. vers. Quintò veniatio & ad medium, Rota decis. 2. de præsumpt. in antiq. Crauet. conf. 82. n. 3. Riccio tom. 2. re solut. 465. per totam & re solut. 480. n. 2.*

253 Contra quod opponit Monasterium. Primò Molinæ resolutionem *de primogenijs lib. 2. c. 10. n. 40. & seqq. Molin. Theolog. disputat. 148. n. 5. Vazquez in opuscul. tract. de redditibus cap. 1. §. 3. dubio 6. n. 70. & 71. pag. 358.* vbi reuoluunt facultatem, quam Episcopi habent donandi sua bona dum vixerint nõ tolli per ægritudinem.

254 Cui primò satisfiit, fundatam opinionem esse certiozem, & solidioribus niti fundamentis. Secundò, nam Molina, & cæteri DD. loquuntur de irreuocabili donatione inter viuos, & omnes fatentur mortis causa donationem non valere, cum vltimæ voluntatis sit species, vt per Barbol. *de Episcop. allegat. 114. n. 32.* & donatio, in qua Monasterium insistit, est causa mortis, quia Ecclesiasticæ communitati fuit facta, & ad opera pia, Menoch. *lib. 3. præsumpt. 36. nu. 6. Ripa de actis in articulo mortis cap. 4. n. 15. 16. & 17.* & quia dum vixisset, sibi vltimfructum reseruauit, Gratianus *tom. 5. cap. 854. num. 46.*

255 Tertiò, nam Molina loquitur in Episcopo sæculari, & non in regulari, vt patet *d. c. 10. nu. 26.* vbi in quantum ad regularem Episcopum se refert ad dicta *cap. 9. præcedenti n. 71. 54.* vbi resoluit, Religiosum professum donare non posse, nec maioratum instituere, & ita Molin. declarat Pereira *decis. 75. colum. vltim. vers. Sicque debet explicari, & intelligi, Marta de iurisdictione Ecclesiæ 4. part. casu 24. num. 5. & 6.*

256 Quartò, nam Molin. *d. n. 40. in princ.* hunc articulum in Episcopo sæculari dubium esse recognoscit, & *num. 41. ad finem* addit, quòd ob opinionum diuersitatem ferè semper causæ super donationibus factis ab infirmis Episcopis concordantur, & *num. 44. addit,* quòd quando casus occurrerit, deliberandum est itaque Molina suam opinionem non satis firmat.

257 Quintò, Molina loquitur expressè contra *caput cum olim el. 2. §. præterea, de priuileg. & contra supra resoluta ex num. 161.* vbi Episcopo regulari est prohibita donatio, etiã ad opera pia in excessiua quantitate.

258 Sextò, quamuis Molin. *d. c. 10. n. 42.* intendat satisfacere *capit. ad hæc, de testamentis* (vbi probatur donationem in infirmitate factam moderatam esse debere, & ad opera pia) omne ab eo dictum diuinatorium est, & sic in indiuiduo reprobatur Molin. Barbol. *d. allegat. 114. n. 35. legendus ex nu. 33. & in Collectaneis ad cap. ad hæc, de testament. nu. 2. & 3. pag. 866.* vbi idem repetit.

259 Septimò, nam Molin. *d. cap. 10. n. 40.* quæstionem proponit præsupposito donationem esse verè irreuocabilem, & non fraudulètam, nec suspectam, vt recognoscit Nauarr. *de redditib. q. 1. Monito 34. ad fin. pagin. mihi 346.* vbi dicit, quòd in exteriori foro hæ donationes ab ægrotis Episcopis factæ fraudulenter iudicantur, & ita debent reuocari, si non interueniat cautela adducta *monito sequenti ad finem,* scilicet, quòd donator sit fide dignus, & iuramento testetur se eam donationem non ficto, sed verò animo facere, vt satisfaciat obligationi, quæ tenetur, quæ eis supersunt, pjs operibus, & pauperibus erogare, iuret etiam se nunquam eam reuocat vñ, quantumuis postea sit superstes: hoc enim vehementer adimit suspicionem præfatam.

260 Et in hoc casu non solum vehemètes fraudes suspicionis inueniuntur, sed etiã schedula est falsa, vt supra probatum est.

261 Et omnem tollit difficultatem, quòd donatio sit omnium bonorum, *l. omnes, §. Lucius, ff. quæ in fraud. credi.* vbi ex donatione omnium bonorum præsumitur fraus: & ibi notat Angelus, & in *l. Marcellus, §. res quæ, ff. ad Trebell.* vbi idem dicit in disponente de melioribus bonis, Alex. *conf. 55. n. 5. lib. 1.* vbi quando dispositio fit de maiori parte bonorum, Decius *conf. 174. n. 1.*

262 Nauarr. *de redditibus q. 1. monito 35. ad finem,* vbi in nostris terminis tradit donationem eximiam cuiusdam quantitatæ factam tempore aduersæ valetudinis præsumi fictam, & simulatam.

263 Ioannes Andreas Georg. *allegat. 22. nu. 20. cum seqq.* vbi latè comprobat in terminis consuetudinis Neapolitanæ, ex qua reseruantur consanguineis bona ab intestato decedentis, quòd omnium bonorū donatio fraudulenta præsumitur.

QVARTVM FVNDAMENTVM.

Ob proprium Motum Py Quarti.

264 **E**X hoc proprio Motu Ecclesiæ fundameta confirmantur, nã duo in eo disponuntur. Primum, quòd ad hoc vt valeat donatio ab Episcopo facta, ad sit realis, & effectiua bonorum traditio. Secundum, quòd sit

perviat post donationem per tempus quadraginta dierum.

265 Et cum in hoc casu non sit effectiva & realis horem traditio, ut infra dicitur, & post donationem solum vixerit octo diebus, necessario dicendum est praedictam donationem esse irritam.

266 Contra hoc opponitur à Monasterio hoc breue esse peculiare in fauorem Camerae Apostolicae, & ideo ampliari non posse ad spolia pertinentia ad Indiarum Ecclesias.

267 Cui satisficit, quia cum haec dispositio sit Pontificis, qui legem condendi etiam in Indiarum Regno potestatem habet, debet observari in eius spolijs, quamvis loquatur cum Apostolicae Camerae Collectoribus, secundum Bart. doctrinam in l. Relegatorum, §. interdicere, n. 3 ff. de interdictis & relegatis, ubi quod Princeps rescribens Prouinciam, caeteris etiam rescribere ceterum Ang. in l. ite veniunt, §. ceterum, vers. Et ex his habes ff. de petit. hereditatis, ubi quod epistola transmissa per Principem debet observari pro lege in omnibus causis, & quod ita viget in ciuitate Teruisi, lason in l. 1. num. 7 ff. de constit. Principum, Corsetus de potest. Reg. q. 22. nu. 20. tom. 16. tractat fol. 134. col. 4. notabiliter Intri gliol. de feudis cent. 1. q. 46. n. 36. ubi quod Papae constitutio etiam localis facit ius quoad omnes, & in schedulis Consilij Indiarum idem post hanc causam decisam, tradit D. Solorcan. de iure Indiar. lib. 4. cap. 12. num. 66 & 67. pag. 1049. ubi dicit eas ius inducere, siue loquantur cum Proregibus, siue Chancellarijs particularibus.

268 De quo est Hispaniae exemplum quotidianarum in tertio, qui executioni se opponit, nam quod debeat via ordinaria audiri, nulla alia lege constitutum est, quam l. 4. tit. 4. lib. 3. Recopil. quae loquitur cum iudicibus del Adelantamiento, & iuxta Bartoli doctrinam numero praecedenti relata, Regni Doctores eam ad qualescumque iudices & Tribunalia ampliant, ut in eis intelligi & practicari debeat, Parlador. lib. 2. rerum quotidianarum cap. fin. 5. part. §. 10. n. 26. Gutierrez. in l. nemo potest, de legat. 1. num. 391.

269 Hoc confirmatur ex resolutis in subsidio à Latarte de gabellis cap. 19. nu. 34. & 35. Azeved. in l. 1. tit. 21. lib. 9. Recopil. quod solui debeat à laicis possidentibus tertias, decimas, & alia Ecclesiastica bona, non obstante possessione ante subsidij impositionem, quia generalitas eos comprehendit.

270 Quibus convenit resolutio Franchis decis. 434. & ibi omnium Addition. ubi quod quando noua lege pro delicto declaratur à Principe, quod antea non erat delictum, pena & confiscatio à dicta lege constituta pertinet ad vassallorum dominum, cui antea concessa erat iurisdictio, Regens Constant. in l. 1. C. penis Fiscalibus credit praferri, lib. 11. num. 22.

pagin. 55. Capiblanc. de Baronib. pragmatic. 8. part. 1. num. 213. & 214. cum sequentibus pag. 131. tom. 1.

271 Nec replicare obstat, hoc Pij Quarti breue esse iuris communis correctorium, & ita ampliari non posse ad casum, de quo non loquitur.

272 Quia non est correctorium, sed potius iuxta ius commune, aut ad minus declaratorium, ut dubia quae erant de iure communi, in terminis capit. ad haec, de testamentis, & caeterorum loquentium de donationibus factis à Praelatis infirmis, prorsus tollerentur, & declarat quod superuientia debet esse 40. dierum, & ita ad omnia spolia debet ampliari, quamvis ad Cameraam non pertineant, eo quod in omnibus eadem militet ratio, Castrenf. consil. 441. colum. fin. lib. 1. ubi quod cum in pluribus casibus eadem est ratio, ea omnes illos decidit, non per extensionem, sed sicut genus omnes suas species comprehendit, & ideo infert, quod expresso casu propter rationem, omnes veniunt in quibus eadem ratio viget: sequitur Lancelot. Gallia ad consuetud. Alexand. verb. Legare, quest. 7. nu. 110 pag. 190.

273 Cum quo concurrat sufficere, quod statutum hoc sit Ecclesiae Romanae, ut in inferioribus Ecclesijs debeat observari, ut per Decianum respons. 32. num. 27. & 28. lib. 2. Mascard. de statutis concl. 2. n. 10.

274 Et in fortiori casu Castill. tom. 5. capit. 89. num. 142. ubi ad quaestionem, de qua agit, dicit quod, si ad decisiones causarum utimur iure communi, non in vim legis, sed naturalis rationis approbatae in practica omnium Tribunalium. Quare ad quaestiones, quae se se offerunt, non iuuabimur legibus municipalibus aliarum Prouinciarum: & ita haec Apostolica constitutio observari debet.

275 Quod quidem comprobatur ex Alderan. Mascard. de statutis concl. 4. n. 158 ubi dicit, quod quamuis regulae statutorum sint, quod non amplientur de casu ad casum, nec de persona ad personam, hoc non procedit quando ex non extensione eius, sequeretur odiosum casum maiori privilegio gaudere quam fauoralem, etenim successio Ecclesiarum in bonis & spolijs suorum Episcoporum est iuxta ius commune, ut supra num. 156. & Camerae Apostolicae successio est speciali privilegio introducta contra ius commune, itaque privilegium Camerae Apostolicae concessum ex dicto Breui, ad Ecclesiam ampliari debet.

276 Cui accedit, quod quando concedamus dictum re scriptum & Breue solum operari in Camerae Apostolicae fauorem, eo debet Ecclesia de Guadalaxara frui: Ecclesia enim utitur Fiscis privilegij, gl. in c. quae sitis, verb. iure minoris, & ibi Abbas de restitutione in integrum, Genuens. in practicabilibus Eccles. quest. 183.

277 Nec obstat, si iterum replicetur, hoc rescriptum fundari in præsumptione fraudis, & ita dispositionem eius cessare debere quando in donatione ea non interuenit.

278 Nam respondetur, quòd in præfensa donatione Monasterij, magnæ fraudes inueniuntur: & quando non essent, rescripti dispositio absoluta & generalis est, quæ expressè requirit, bonorum traditionem, & Prælati superuenientiam, quamuis æger non sit tempore donationis.

279 Et quamuis rescripti motium fuerit fraudes excusare, non ex eo, quòd cessent in aliquo, vel aliquibus particularibus casibus, debet eius dispositio cessare, vt in exemplo legis 2. §. *Jexum*, ff. de postulando, vbi quamuis Calphurnia fuerit causa motiua, & impulsua edicti prohibitorij, ne mulieres aduocatorum officium possent exercere, non quia in aliqua muliere cesset ratio, poterit vti aduocationis officio: & ita tradit Corneus *conf. 53. num. 12. lib. 4.* vbi quòd quando lex ea ratione lata est, quia facile vel sæpè aliquid contingit, non sequitur, quòd, cessante illa ratione, cesset legis dispositio, quia consideratur, quòd poterit contingere: & idè licèt illud non contingat, legis dispositio locum habet, quòd exemplificat in donationis insinuatione, & Couarr. in cap. *cum esses*, de testament. n. 9 Mantica de conuent. lib. 8. tit. 1. n. 12. & 13. Sanchez de marrim. lib. 3. disput. 39. nu. 14. post med. um, vers. Sed credo validam esse licentiam, quòd in alijs quæstionibus exemplificat.

280 Denique à Monasterio opponitur, Pij IV. Bullam donationes prohibere, & quòd hæc donatio non est, sed contractus celebratus inter Episcopum, & Monasteriũ, & quòd prohibitus donare, non censetur prohibitus contrahere, ex DD allegatis à Barbof. in *Collectanea ad caput relatum el. 2. de testam. n. 8.*

281 Quia respondetur hoc esse petete principium, nam vt probatum est, Monasterium intendit donationem, siquidem ex mera Episcopi voluntate processit cõcessio ab eo facta.

282 Præterea, quia Authores à Barbof. citati conclusionem non probant, nam Iason *conf. 10 num. 18. lib. 3.* solùm dicit, quòd bona Ecclesiæ possunt pro remuneratione alienari, & Becc. in *addit. ibi lit. H.* allegat pro concordanti ipsum Iasonem *consil. 222. lib. 2.* vbi eandem conclusionem probat, & in vtroque loco de remuneratoria donatione loquitur, quæ consistit in obsequiorum remuneratione, & Beccius *conf. 129. num. 16. lib. 2.* in eisdè terminis loquitur.

QVINTVM FVNDAMENTVM.

Ex Regia schedula 3. Iunij 620.

283 **H**æc schedula Pij IV. rescriptum ampliat ad Indiarum spolia.

284 Et quamuis loquatur cum Præsidente & Consiliarijs noui Regni Granatensis, idem est, ac si loqueretur cum omnibus Præsidentibus, & iudicibus illarum Prouinciarum, vt supra num. 267.

285 Nec replicare obstat. Primò, dictam schedulam decisiuam non esse, nam solùm iubet quòd partibus iustitia administraretur, ex traditis à Iasone in l. *causas*, vel *lives*, C. de transfact. & in l. *iustitia*, ff. de iustitia & iure.

286 Cuius contrarium determinauit Bald. in cap. *studuisti*, de officio legat. nu. 3. vers. *Quæro supplicatum fuit.*

287 Inter has opiniones datur decisiva huius puncti concordia, quòd si præter rescriptum, quo præcipitur, vt partibus iustitia ministraretur, sunt aliqua verba, ex quibus colligi possit Principem voluisse aliquid de nouo disponere, tunc clausula *fiat iustitia* inducit nouam dispositionem, vt tradit Bimius *conf. 98. n. 101. & seqq. lib. 1.* vbi loquitur quando Princeps assignat certos iudices. Fabio de Ann. *conf. 23. num. 4. & 5. Ceuillos 4. part. quæst. 906. num. 367. & sequentibus*, & schedula hæc decisionem continet, quia in ea D. Fiscalis responsio est inserta, quæ fuit iuxta Motum Pij Quartii: & in decisione dicit hæc verba: *He tenido y tengo por bien de remitiros lo susodicho, como por la presente os lo remito, para que atendiendo à lo que aduierete el dicho mi Fiscal hagais justicia.*

288 Nec obstat replicare, prædictam schedulam non fuisse in Indiarum Chancellarijs obseruatam, & ita fuisse contrarium iudicatum in donationibus factis ab Episcopo de Lima D. Bartholomæo Guerrero.

289 Quòd exemplum huic casui adaptari non potest, nam in eo disputatum fuit de qualitate bonorum, quæ reliquit Episcopus, & ibi probatum fuit reliquisse 1341 pondera argentea, quæ erant de patrimonialibus, & quali patrimonialibus, quæ non comprehenduntur in spolio, & sic nil mirum, quòd decreuisset Senatus solui debere donationes, quas fecit Episcopus consobrinæ, & alijs pijs operibus.

SEXTVM FVNDAMENTVM.

Ex regula de infirmis resignantibus.

290 **I**n antiquis regulis Chancellariæ, quæ de resignationibus à beneficiatis factis agebant, donationes in infirmitate factæ irritabantur, si post eam resignantes per 20. dierum spatium non viuebant. Quòd ampliatum est ex modernis regulis ad resignationem factam à valetudinarijs resignantibus, si intra prædictos dies moriantur, vt tradit Paris. de *resign. lib. 12. quæst. 6. num. 6 & 7.*

291 Dispositio huius regulæ de infirmis ampliat

piata est ad donationes ab Episcopis factas, si ipsi decedunt intra 20. dies post eorum celebrationem, Azor instit. moral. part. 2. lib. 8. capit. 4. ad finem, colum. mihi 940. ibi. Cum tamen non acceperint nisi in morte, vel aegritudine, aut saltem cum beneficiarius, vel pensionarius postquam dederat, non vixerit viginti dies, ut donatio valeret, Tapia in authentica ingressi, verbo sua cap. 13. num. 39. pag. mihi 475. & verbo nec de his capit. 1. num. 71. pagin. 574. Filiatio de stat. Clericor. tractat. 43. cap. 8. num. 9. pag. mihi 51. ibi: In foro vero iudiciali non valet dispositio Clerici aegrotantis, nisi 20. dies super viueret, & rursus eodem cap. num. 15. pag. 52. ibi: Respondeo si donans mortuus non est intra viginti dies à donatione, donatarius tunc est in conscientia, quia in dubio melior est conditio possidentis: nec debet in donante praesumi delictum, nimirum quod voluerit donare tantum causa mortis. (quod facere non poterat) nisi illa aperte constet: si autem intra 20. dies mortuus est, tenetur restituere, quia prohibitus est eo tempore donare, idem dicit Bonac. tom. 2. de contract. tractat. de spolijs Clericor. disput. 3. quest. ultim. punct. 5. paulo post princip. vers. In foro tamen externo. & vers. Secundo beneficiarium, & vers. Tertio eum, qui aliquid accepit, colum. 1006.

292. Contra hoc opponitur à Monasterio, quod dispositum per Chancellariz regulam in resignatione beneficiorum non potest adaptari ad Episcoporum donationes, cum diuersa militet ratio.

293. Et praeter supra dictorum Doctorum allegationem alia responsio necessaria non erat, quia est certum, quod tam petiti homines hanc extensionem non facerent, si eadem non militaret ratio: ea enim ratione resignationes reprobantur, si per viginti dies non superuiuat quia fraus praesumitur in praedictum Pontificis, vel Episcopi, ad quem beneficij collatio pertinet: & cum bona Episcoporum ad Cameram pertineat (vel ad Ecclesias, ut in nouis Indiarum Regnis) planissimum est, quod Episcopi quando mors intra viginti dies superuenit, donationes faciunt in fraudem Apostolicæ Camerae, & sic de plano procedit æquiparatio.

294. Nec obstat replicare, Chancellariz regulam de infirmis resignantibus loqui in resignante, quando infirmus est, & quod in hoc casu ager non erat Episcopus. Nam respondetur. Primo, notam esse Episcopi infirmitatem, quæ negari non potest, ut supra dictum est.

295. Secundo, nã noua Chancellariz regula, quam refert Parit. de resignatione lib. 12. q. 6. n. 6. & 7. generalis est, ut resignationes irritentur nulla existente superuiuentia 20. dierum, siue donans sit aegrotus, siue sanus.

296. Ecclesiæ pretenso in hoc quarto articulo recenjetur, & num. 297.

298. Interdicta possessoria sunt in triplici differētia & explicatur, & num. 299.

300. Iudicium, in quo tractatur de incapacitate testatoris, est petitorium.

301. Sententia in iudicio possessorio declarans quæ esse heredem, habet admixtam causam proprietatis.

302. Scheda priuata testibus comprobata, non habet executionem paratam.

303. Nec creditum testibus comprobatur.

304. Iudicium possessorium, si dependet eius decisio ex valore tituli, prius de titulo pronuntiandum est.

305. In iudicio possessorio recuperanda, si de exceptionibus petitorium respicientibus agatur de consensu actoris, debet super eis pronuntari, & num. 306.

Cap. 1. de restit. spoliator. exoratur.

307. Dict. cap. 1. de restitutione spoliatorum à maioritate rationis procedit in iudicio possessorio adipsendum, & num. 308.

309. In summarissimo remedio manutentionis, summarie, & quasi extrajudicialiter proceditur.

310. Possessio testibus potest coadiuari in remedio interim, & num. 311.

312. Probatio admissa in iudicio interim operatur, ut actor obtineat data paritate probationum.

313. Restitutio in integrum non datur in remedio interim.

314. Nec testium repulse admittuntur.

315. Super petitorio pronuntiandum est, quando de eo in possessorio cognitum fuit.

316. Probatio iam admissa, quæ admitti non debuit, prodest ad hoc ut super ea pronuntiandum sit.

317. Exceptio non admittenda, si de facto admittatur, super ea pronuntiandum est.

318. Appellatio non admittenda, si admittatur, operatur idem ac si causa fuisset appellabilis.

319. Spoliati tacitus consensus sufficit in cap. 1. de restit. spoliat.

320. Suspendio petitorij non operatur in iudicijs possessorys mixtis, & num. 321.

322. Suspendio petitorij non admittitur in iuribus incorporatibus.

323. Suspendio petitorij debet fieri instanter, & in omnibus petitionibus.

324. Et appellari debet etiam ab admisione articularum in petitorio.

325. A suspensione petitorij receditur ex coniectura libelli, & articularum.

326. Reo debet admitti probatio, quæ actori permittitur.

327. Per probationem super petitorio receditur à suspensione petitorij.

Puteus decij. 29. lib. 2. in correctis ponderatur.

328. Actor non potest qualitatem iudicij sua voluntate mutare.

- 329 Ecclesia habet privilegium, ut possit exceptionem dominij contra spoliatum obijcere.
- 330 Cap. 1. de restit. spoliat. iterum declaratur.
- 331 Suspendio petitorij non admittitur constitudo de bono iure illius, contra quem petitur suspendio.
- 332 Clausula peto ius & iustitiam inducit conclusionem super petitorio, usque ad 334.
- 335 Sententia super possessorio praeiudicat in petitorio, si plene fuit cognitum.
Idem est in vice executiva, usque ad 337.
- 338 Iudex appellationis potest super petitorio pronuntiare, etiamsi in prima instantia super possessorio fuit pronuntiatum, si utrumque fuit deductum.
Et obstat res iudicata super petitorio.
- 339 Supremus Senatus potest pro libito super petitorio pronuntiare, etiamsi solum possessorium sit deductum.
- 340 Petitorium debet determinari quando ex retardatione litis, parti incommodum sequitur.
- 341 Petitorium debet decerni quando possessio est turbida.
- 342 Possessorium prius discerni quam petitorium, est ordo congruitatis & non substantiae.
- 343 Remedium retinendae est duplex, unum summarium, & alterum ordinarium, & in ordinario proceditur via ordinaria, & num. 344.
- 345 Possessorium iudicium enervatur per prosecutionem, prout in iudicio ordinario.
- 346 Rei indicatae exceptio ut proferat, debet à reo opponi, & si consenserit de illius viribus cognosci, illi praeiudicat.
- 347 Idem procedit in iudicio spoliij.
- 348 Clement. si appellationem, de appell. explicatur.
- 349 Ecclesiae quaeritur possessio bonorum ab Episcopo adquiretorum, usque ad 351.
- 352 Monasterium ingrediens ipso iure in id transferi possessionem suorum bonorum, & num. 353.
- 354 Hereditas delata Monacho, non ipsi, sed Monasterio quaeritur.
- 355 Manutentio debet concedi ex sola iuris communis assistentia.
- 356 Et ita Ecclesia in iudicio possessorio debet obtinere contra heredem à Pralato institutum.
- 357 Innocent. in cap. cum in officijs, de testament. num. 5. explicatur, & num. 358.
- 359 Episcopus debet bona tradere, ad hoc ut possit possessionem transferre in praeiudicium Ecclesiae.
- 360 Motus proprius Pij IV. ponderatur.
- 361 Et alius Pij V. 1567. circa donationes ab Episcopo factas.
- 362 Cessio requiritur, ad hoc ut transferatur possessio iurium incorporalium, & numero 363.

- 364 Verbum Cedere, quid significat.
- 365 Instrumentorum possessionem habere inutile est, si virtute ipsorum exigere non potest, & num. 366.
- 367 Possessio praebendae non acquiritur, nisi cessionario de fructibus respondeatur.
- 368 Possessio fidei transfertur per traditionem instrumentorum.
- 369 Possessio non amittitur per traditionem alteri ficto modo translata.
- 370 Possessio acquiritur per actum nullum.
- 371 Sed contra Ecclesiam requiritur possessio per actum verum, & non fictum.
- 372 Et quod actus traditionis immediate non procedat ab actu nullo.
- 373 Thesaurus decis. 38. non procedit contra Ecclesiam.
Annullato contractu, omnes clausulae in eo contentae annullantur.
- 374 Privilegiatus contra pariter privilegiatum non utitur suo privilegio, & num. 375.
- 376 L. fin. C. de Sacrosanct. Eccles. procedit quoad acquisitionem dominij, non verò possessionis.
- 377 Quasi possessio census consistit in exactione, & non in retentione instrumenti.
- 378 Officij possessio non quaeritur ex titulo non sequuta traditione possessionis.
- 379 Servitutum quasi possessio acquiritur ex titulo & usu servitutis.
- 380 Sequester necessarius privat possessione, quando ex eo fit, quia possessio est litigiosa.
Reservatio nihil operatur contra decisa in sententia.
- 381 Possessio, à qua lis sumit initium, non est manutenibilis.
Glos. in cap. commissa, de electione, lib. 6. verbo, Pacificam exornatur.
- 382 Possessio notorie iniusta non est manutenibilis, & num. 383.
- 384 Quod etiam procedit in remedio adipiscendae & retinendae possessionis, usque ad 386.
- 387 Remedium possess. adipiscendae habet locum contra tertium titulo nullo possidentem.
Molin. lib. 3. cap. 13. n. 55. expenditur.
- 388 Restitutio deneganda est, quando constat de non iure petentis, etiamsi non adsit res iudicata, vel confessio partis.
- 389 Manutentio in Supremo Tribunali non datur non fouenti bonam causam in petitorio.
- 390 Manutentio non datur contra privilegium habens clausulam decreti irritantis.
- 391 Possessio anterior praevalet in manutentione.
- 392 Possessio obscura & turbida manuteneri non potest.
- 393 Mandatum ad exigendum debet dari coram tabellione.
- 394 Et idem procedit in œconomio Ecclesiae.
- 395 Manutentio debet dari ad terminos possessionis.

- 396 *Mala fide procedit manutentionem petens, qui in iudicio principali iustitiam non fouet.*
 397 *Decisio causæ refertur.*
 398 *D. D. Ioannes de Solorzano Pereira Indiarum Senatus meritisimius Senator Laudatur.*

ARTICVLVS IV.

296 **I**N hoc articulo agitur de grauamine illaro Ecclesie in uisionis sententia, dum Senatus solam determinauit iudicium possessorium ad fauorem Ecclesie, reseruato petitorio.

297 Et præterdit Ecclesia, ut in hoc sententia corrigatur determinando causam simul in petitorio, ad quod duo proponuntur fundamenta. In primo probabitur petitorij determinationem fieri debere. In secundo, quod quamuis in possessorio fiat, debet confirmari sententia.

PRIMUM FVNDAMENTVM.

In quo proponitur hanc causam in petitorio determinari debere.

298 **P**ossessoria interdita tripliciter debent considerari iuxta distinctionem Baldi in l. 3. num. 2. 2. C. de interd. quem sequitur Sacca conf. 2. num. 62.

299 Nam quedam sunt, quæ sola temporis possessione à iure requisita fundantur, alia uero, quæ ex proprietate corroborantur, & alia, quæ fundantur mediante causa proprietatis. Huius tertij generis est remedium possessorium à Monasterio intentatum (quando ei competeret) nam determinari non potest an Monasterio sit tradenda possessio uirtute schedulæ donationis, in qua insidit, nisi prius determinetur, & resoluatur Episcopus de suis bonis potuisse disponere: quod ita animaduertit Argelus de adipiscend. posses. q. 3. art. 20. n. 1021 & seqq. & n. 1026. & 1027. vbi resoluit, quod hæres institutus à Clerico, uel Religioso de bonis intuitu Ecclesie acquisitis non habet possessorium remedium, ut hæreditatē adquirat, cum ei obstat notorius defectus capacitatis testatoris, nisi prius constet potuisse testari, & disponere.

300 Et hac de causa iudicium, in quo de capacitate testatoris, aut hæredis tractatur, quamuis de possessione bonorum agatur: est proprietatis, vbi omnes exceptiones ad eam pertinentes debent admitti, quia ius possessionis à proprietate dependet, Paris. consil. 111. num. 9. & 11 lib. 2. Gratus consil. 140. num. 3. lib. 1. Gratian. tom. 4. cap. 732. num. 21. & 22. Rouit. consil. 5. num. 12. & ad pragmat. 11. de feudis, num. 118. cum seqq. vbi quod causa feudalis habet admixtam causam proprietatis, & debet suc-

cedere proximior exclusio hærede instituto ab ultimo possessore, Molina. lib. 3. cap. 13. num. 25. & seqq. & nu. 39. vbi de exceptione legitimatis, Argel. de adipiscend. posses. q. 3. art. 10. n. 508. & 509. Anel. Amat. consil. 1. nu. 3. & 4. Anton. Amat. lib. 1. var. resolut. 39. ex n. 125. cum seqq. vbi latè hanc materiam declarat.

301 Et hac de causa Gratian. tom. 4. capit. 694. num. 32. & 33. dicit, quod sententia prolata in iudicio possessorio adipiscendæ, declarans quem esse hæredem, habet admixtam causam proprietatis.

302 Secundò ex alio capite hæc causa proprietatis est (& non executiua nec, manutentionis, ut Monasterium intendit) quia non producit publica scriptura ad probandam Episcopi dispositionem, sed sola schedula, quam Monasterium comprobare intendit, quod via ordinaria prius fieri debet, ut per lason. in l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollend. nu. 20. Menoch. de adipiscend. remed. 4. n. 107. Ratio est, quia ut schedula executioni mandetur, necessum est, ut præcedat causæ cognitio, in qua declararetur veram fuisse, & Episcopus de contentis in ea potuisse disponere, quo præhabito schedula postea exequi poterit.

303 Et hac de causa nulla competit via executiua pro debito testibus probato, Menoch. de adipiscend. remed. 5. num. 153. Galef. de obligat. in forma Camere, quest. 27. num. 4. & ibi Zachias in addit. num. 4. Rouit. in rubric. de instrum. liquidat. num. 49. vbi quod non competit via executiua pro instrumento deperdito testibus comprobato, Parlad. lib. 2. verum quod. cap. fin. 1. part. 9. 5. num. 14. & 15. Salgad. de Regia protect. tom. 2. cap. 2. num. 90. & 91. In trigliol. de censibus, quest. 88. num. 13. Gaito de credito, cap. 2. tit. 8. num. 2784. & 2785. vbi quod scriptura priuata testibus comprobata non habet executionem paratam, Auiles in c. 10. Prætorum, verb. Execucion, num. 59. & sequent. vbi latè quod via executiua non competit pro instrumento testibus comprobato, Morla in Empor. iuris 1. part. tit. 11. quest. 1. num. 17 & in nostra specie Surd. consil. 335. nu. 45. & sequent. lib. 4. vbi probat suspectum instrumentum alijs coniecturis comprobatum, fidem non facere, nec aliquid probare, ut via executiua agatur, & loquitur in terminis legis finalis, C. de edict. Diu. Adrian.

304 Tertio, quomodocumque possessoria remedia privilegiata sint, si ex tituli valore dependent, prius de eo pronuntiandum est, Lancellot. de attentat. part. 3. cap. 24. quest. 19. num. 4. vbi loquitur in remedio manutentionis Seraphin. decis. 1278. num. 1. Farinac. decis. 423. num. 7. p. 2. in recentioribus, Ludouic. decis. 283. Ramon. consil. 58. n. 5.

305 Quarto, quia in hac causa plures fuerunt ab Ecclesia propositæ allegationes, quæ defectum tituli & proprietatis respiciunt, Mo-

nafterio consentiente, & omnia ad confirmacionem tituli spectantia producere, quod possessorio iudicio repugnat, quando ab initio de illo ageretur, & ita super petitorio pronuntiari debet, *cap. 1. de restitut. spoliator. vbi Bald. num. 2.* notat, quod quando reus Contentus super remedio recuperandæ exceptiones opponit, circa defectum proprietatis, & super eis cognoscitur, debet pronuntiari super proprietate, Alexand. *in l. naturaliter, §. nihil commune, de acquirend. poss. limitat. 14. num. 31.* Bruno *cons. feudali 21. num. 8 lib. 1.* vbi quod hoc casu debet pronuntiari sententia super proprietate, Camil de Medicis *cons. 17. n. 19.*

305 Idem tradit Menoch. *de recuperand. remed. 1. num. 163. cum sequent. vbi ad lögurū, Vtil ad Afiliēt. decis. 142. ex n. 19* vbi loquitur quando spoliator fuit ad probationem admissus, quod debeat super petitorio pronuntiari, Corbul. *de iure emphyt. titulo de causa priuat. ob non solut. Canonem, quest. 14.* Personalis *de adipiscend. possess. num. 381.* Caball. *consil. 19. num. 12. & 13. lib. 1.*

307 Et si hoc procedit in remedio possessorio recuperandæ, quod est favorabile in odium spoliatoris, multo fortius hoc debet admitti in remedio manutentionis, vel adipiscendæ possessionis, vt in terminis arguit Puteus *decis. 29. num. 3. & 4. lib. 2. in 2. edit. & alij apud Contard. ad legem unicam si de moment. possess. limit. 2. §. 9. num. 21. pag. 263.*

308 Et magis in specie hoc tradit Milanens. *decis. 3. Sicilia num. 148. lib. 1. ibi: Et voluit probari ultimam voluntatem D. Garzia in eius fauorem, quod Monasterium intentauit, schedulam comprobare pratendens, & similiter traditionem bonorum, Intrigliol. decis. Sicilia 35. num. 36.* qui loquitur in terminis manutentionis, Grauen. *ad Gaillum concl. 7. considerat. 2. num. 14.*

309 Quinto, etiam Monasterium fuit præiudicatum in longa cessione terminorum probationis, tam in ordinario termino, quam in restitutione in vtraque instantia, cum in remedio summariissimo, interim, à Monasterio intentato debeat summariè procedi, & quasi extraiudicialiter, Couarru. *in practicar. capit. 17. num. 4.* Fontanel. *de pact. nuptial. tom. 2. claus. 7. gloss. 3. part. 10. n. 66. & 67.* Staibanus *consil. 76. num. 3.* Masull. *ad Capic. decis. 28. num. 2. ad finem.*

310 Sine eo quod obset replicare, probationem factam à Monasterio, quamuis petitorium respiciat, fuisse ad coadiuuandum possessorium, vt per Marefcot. *lib. 1. variar. capit. 35. num. 8 & 9.*

311 Quia adhuc verum est cōcessas fuisse plures dilationes, cum intra breue tempus deberet iustificari possessio.

312 Præterea, quia Monasterium nullam possessionem habet, vt infra dicitur, & vt pro-

bario possessionem coadiuet, solum admittitur, vt actor obtineat data probationum paritate, vt per Menoch. *de retin. remed. 3. num. 733.* sed qui non possidet, & allegat, & titulum deducit ad iustificandam possessionem, possessorio remedio renuntiat, & de proprietate cognoscendum est, Albert. Brun. *cons. 21. n. 8. & 9. lib. 1. Medices. cons. 17. n. 11. & 12.*

313 Repugnat etiam dicto remedio possessorio restitutio in integrum in vtraque instantia concessa, post terminum ordinarium probationis, de Monasterij consensu, Couarr. *dict. capit. 17. num. 4. versic. Sextum,* Gratian. *part. 2. capit. 311. num. 70.* Fontanel. *de pactis dict. claus. 7. gloss. 3. part. 10. num. 68.* vbi dicit ita fuisse obseruatum, Staibanus *dict. consil. 76. num. 3.*

314 Etiam repugnantiam inducit admissio probationis pro testium repulsis, Couarru. *in practic. cap. 17. versic. Septimo,* Parlador. *lib. 2. rerum quorid. cap. fin. §. 10. n. 25.*

315 Ex quibus manifestè deprehenditur super petitorio pronuntiari debere, vt tradit Bald. & ceteri Doctores relati *num. 255.* & probatur *in cap. cum dilectus, capit. Pastoralis, de caus. possess. & proprietat. Paril. consil. 113. num. 1. & sequent. lib. 1.* Personalis *de adipisc. num. 382. versic. Ego huic autem argumento,* Contard. *in l. unica, C. si de moment. limitat. 2. §. 7. n. 11. & 12. pag. 236.* Sacca *consil. 2. n. 63. & 66.* Franch. *decis. 199. num. 8.* Scaccia *de iudicys lib. 2. cap. 7. n. 147. cum duobus sequent.*

316 Quibus conuenit quod tradit Bald. *in l. fin. C. de edict. D. Adrian. num. 42. alias 49.* ibi: *Et postquam hoc est probatum non curamus, an debuerit admitti ad probandum, necne,* Franchis *decis. 278. num. 7. & 8.* Fontan. *decis. 139. num. 14. cum quatuor sequent.*

317 Ex quibus colligit Neuizan. *consil. 8. in fine,* quod exceptio, quæ non debet admitti in iudicio possessorio, admissa tamen à iudice est eiusdem virtutis, cuius esset, si ab initio admitti debuisset, Menoch. *de adipiscend. remed. 4. num. 734.* & in effectu idem tradit Iason *in l. Patre furioso, num. 34. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris,* Fontanel. *dict. decis. 139. n. 14.*

318 Et infortioribus terminis Bald. *in l. post sententiam, num. 4. versic. Oppone ergo, C. de sentent. & interlocut.* dicens, quod appellatio, quæ admitti non debebat, si admittitur, operatur ac si admissibilis fuisset, sequitur Menochio *de adipiscend. dict. remed. 4. n. 868.*

319 Et non obstat replicare, quod ad hoc vt spoliatus præiudicatus remaneat in remedio recuperandæ, necessarium est, quod expressè consentiat admissionem articulorū super proprietate, & vt de ea cognoscatur, ex Barbosa *in l. si de vi, ff. de iudicys, num. 38* nam est communis opinio in contrarium, scilicet, tacitum consensum sufficere, vt probat Bald. & ceteri Doctores citati *num. 255. & n. 256.* quod